

TRACTATUS

D E

PYROTECHNIA

E T

B A L I S T I C A.


Giovanni Battista Izzo



VINDOBONÆ,

TYPIS JOAN. THOM. DE TRATTNERN,
CAES. REG. MAJEST. AULÆ TYPOGR. ET BIBLIOPOLÆ.

M D C C L X V I.



INTRODUCTIO.

§. I.

I n arte militari universa nihil
est, quod majorem ingenii
vim, judicii maturitatem,
ac providentiam requirat, atque oppu-
gnatio, & defensio munitamentorum. Præ-
liorum exitus, plerumque fortunæ casi-
bus adscribendi: prima machinarum ex-
plosio aptius administrata, situs opportu-
nior, Præfecti cujuspiam, aut militis pe-
culiaris quædam actio, ventus subito ex-
ortus, ab eoque sublati pulveres, plu-

A 2 via,

via, tempeftas, terror panicus, aut quibus casus fortuitus victoram ad hostem transfert, fecus cædendum: nihil fortunæ in expugnandis, defendendisque munimentis tribuendum.

§. 2. Urbes oppugnandi defendendi que artem ab antiquissimis repetit temporibus Illustris *Folard*, contenditque in ea excelluisse veteres, eamdemque, quam nos rationem tenuisse, machinas si demas, (*) arietes videlicet, catapultas, balistas, aliaque veterum instrumenta, quibus aut muros demoliebantur, aut immania faxa contorquebant (**). Machinas has ad seculum usque decimum quintum obsidionibus adhibitas idem *Folard* affirmat.

§. 3. Postquam, circa seculum Christi nonum, nitrum ab Arabibus in chymiam

(*) *Hist. de Polybe* Tom. 2. *Traité de l'attaque & défense des places des anciens*, una præ ceteris *Lilybæi* obſidio ob defenforum, oppugnantiumque præclaros conatus argumento est.

(**) Josephus in obſidione Hierosolymorum ait lapides 100 lib. graviores projectos fuiffe ad distantiam 250 passuum.

am incumbentibus inventum, subnata est occasio Rogerio Baconi circa annum 1280. ut pulveris pyrii compositionem publicam faceret (*); & hanc denique circa annum 1320. Bertholdus Niger vulgo Schvarz monachus Coloniensis in rei bellicæ usum deduxit (**). Nihil quidem immutata est urbes expugnandi ratio; mortariorum tamen ac tormentorum, ceterarumque bellicarum machinarum stupen-

A 3 da

(*) Compositionem pulveris, aut mixti ejuspiam similis, longe ante tempora Baconis & Schwarpii extitisse ex opere ipso majori Baconis liquet, et si ad ignes duntaxat festivos adhibitam, innuit tamen variam esse rationem, urbes & exercitus delendi, quin & somniat a Gedeone hac ratione Madianitas devictos. Ubi vero idem aliis verbis alibi exprimit, haec addit: & experimentum hujus rei capimus ex hoc ludicro puerili, quod fit in multis mundi partibus, scilicet ut instrumento facto ad quantitatatem pollicis humani, ex violentia illius salis, qui sal petrae vocatur, tam horribilis sonus nascitur in ruptura tam modice rei, scilicet modici pergameni, quod fortis tonitru rugitum, & coruscationem maximam sui luminis jubar excedit: il lud certum, pulverem Indis notum fuisse longe antea, quam Tamerlanes Indias occupavit circa finem seculi 14.

(**) Dicuntur Veneti a Bertholdo Nigro usum pulveris pyrii didicisse, adhibuisseque adversus Genuenses in obfidaione Fossæ Claudiæ.

da vis, veterum illa instrumenta, vi huic imparia, aboleri fecit, tutioremque ini-re viam ad munimentum accedendi sua-fit (*).

§. 4. Rudior erat tormentorum, & mortariorum conditio sub prima tempo-ra inventionis; laminas videlicet ferreas annulis ferreis circumductis constringebant, e quibus subiecto pulvere, globos lapideo maximos ejiciebant (**). Sed quod difficillima esset machinarum illarum translocatio & ob orificii vastitatem minor impetus ejecti ponderis, ad tor-menta ænea minoris molis deventum est, dum casu fortuito magnitudo eorundem

far-

(*) Non diffitemur machinas veterum majorem quantitatem motus, quæ ex massa per celeritatem multiplicata æstimatur, produxisse, quam hodierna tormenta; celeritas tamen, ac vis, qua ex iisdem hodie ejiciuntur pondera, longe maxima est. Inde est, quod machinae veterum apud artis peritos, ubi celeritas & vis illa non requireretur in pretio etiamnum sint, nec sine commodo adhiberi possent.

(**) Guicciardinus Hist. Lib. I. pag. 45. Mahumetes II. anno 1453. in muros Constantinopoleos globos lapideo 1200 lib. est ejaculatus.

farturis proportionalis est effecta; nam avulsa parte, tormentum 47 diametros suas longum, tum 15 diametris immunitum pondus 48 lb. 1500 passibus longius extulit.

§. 5. Pulveri pyrio, novisque his machinis originem debet scientia illa ignes bellicos, ac festivos perficiendi, & instrumenta atque opera ad illarum usum in oppugnatione urbium dirigendi, quam *pyrotechnia* nomine, latius sumto, compellamus, & de qua hic nobis agendum est; complectitur illa pulveris pyrii compositionem & indolem, machinarum bellicarum directionem, & usum, structuras denique operum, ad harum machinarum administrationem necessarias.

C A P U T . I.

De pulvere pyrio.

§. 6.

Pulvis pyrius est massa ex nitro, sulfure, & carbonibus composita,

A 4

quæ

quæ admoto igne brevissimo tempore in flammam abit, maxima vi elastica gaudet, ingentem detonationem efficit, & in amplissimum spatium stupenda celeritate expanditur (*). Iteratis namque experimentis compertum, pulverem

py-

(*) Facultas expansiva pulveris ex ipsa ponderis projectione manifestatur, eam vero facultatem nitro, non carbonibus aut sulfuri tribuendam esse complura docent experimenta, rem vero extra dubium ponit experimentum Papini in *Transact. Anglic. Abridg. by Loutherop and Motte* fol. 2. pag. 249. descriptum: solis radiis debilioribus ob vapores atmosphæræ, & lente collectis sub campana pulvis pyrius non accendebar, sed ebulliens fumum copiosum emittebat. Mercurius index in barometro sub campana locato non ascendebat, fumus ergo hic nihil elastici continebat, idem fumus cadens in orbem antliae flavescebat instar florū sulfuris; idem vero pulvis post fusionem exemptus in massam subnigri coloris confluxerat, hujus masse pars injecta prunis carentibus in modum nitri detonando combusta est, unde sequitur, nihil nitri ab igne solari, sed sulfur duntaxat fuisse consumtum, nitrum vero in massa nigra remansisse; sulfur ergo fluidum elasticum in pulvere non generat. Alio tempore 18 grana pulveris cum indice mercuriali in vacuo antlia exposita solis radiis vividis & copiosis, pulvis tum, et si cum aliqua difficultate accensus, abiit in vaporem, mercurius ascendit: ex quo patet nitrum efficere fluidum elasticum, nam carbones ob oleum ad superficiem exiccatum, faciliorem duntaxat admittunt accensionem, & inflammationem, sulfur vero eamdem, & liquefactionem promovet.

DE PULVERE PYRIO. 9

pyrium inflammatum occupare spatium 4000 majus quam dum est in granis: hinc si supponatur quantitas pulveris, tormento immissa occupare $\frac{1}{4}$ pedis cubici, inflammata occupabit 1000 pedes cubicos. Eadem experimenta evincunt pulverem inflammari circulariter, æqualiter videlicet circa centrum se dilatando: concipiatur enim globus e pulvere compositus cujuslibet magnitudinis, velut in aere suspensus globus ejusmodi accensus, radios in orbem æqualiter a centro distantes disperget, ut Tab. 1. Fig. 1. Si vero idem globus solidiori corpori media sui parte infistat, Fig. 2. tota pulveris vis, & celeritas in eam partem ageret, in qua resistentiam non reperit, & tum radii impediti non impeditis juncti in longius spatium extendentur, vimque & inflammationem pulveris geminabunt. Globus idem inter duo solida conclusus juxta directionem linearum A B, B C, Fig. 3. ut quarta solum sui parte liberum exitum flamma inveniat, majorem ex-

Tab. 1. Fig. 1.

Fig. 2

Fig. 3

ret actionem in spatum apertum, radii omnes uniti, quadruplo majus spatum occupabunt, atque in primo casu; octies vero longius ferentur radii, si octava globi pars solummodo pateat, Fig. 4. Ex quibus patet pulverem pyrium omnem vim suam indirectum magis exerere si in tubo quopiam coarctetur, Fig. 5. adeo ut objecta omnia extra tubum posita perrumpat; atque hic effectus major vel minor, a materiæ e qua pulvis compositus est præstantia, justa ejusdem proportione, & dexteritate manipulacionis dependet, nam cum nitrum seipso incombustibile fit, dum aliis duobus corporibus majori quantitate admiscetur, sulfur & carbones non sufficiunt illud absumere, hinc ignis justo languidior erit, si vero nitrum parcus compositioni adhibetur, quam alia duo miscibilia, deficiet fluidum elasticum, hinc ignis vehemtia languefcet (*).

§. 7.

(*) Varie a variis miscibiliis doses pro massa pulveris

§. 7. Examinatur vero pulveris pyrii vis aut machinis elatere instructis, quæ passim circumferuntur, aut melius variis jactibus probatoriis. Compositio-
nis vero bonitas exploratur, si chartæ mundæ aliquot acervuli pulveris impo-
nan-

traduntur, nos usitatiorem damus, ad quam reliquæ utcunque reduci possunt. Compositio igitur sequens est: nitrum aqua fontana solutum in lebete fictili ad lenem ignem coquitur, dum ebullire incipit, modicum aluminis pulverisati, & acetii adjicitur, cochleari pertuso ablata spuma a fæcibus purgatur, defecatum sat erit, si admoto carbone candente in flam-
mam abiens nihil sordium relinquat; sulfur item in lebete fictili ad lenem ignem liquefactum & despuma-
tum urgeatur per linteum duplicatum; boni sulfuris indicium erit, si inter binas laminas ferreas calidas in-
star cera fine fætore liquefaciat, & non nisi rubras re-
linquat reliquias. Carbones ex corylo vel salice, vel
in horum defectu ex alno, populo, tilia, aut aliis car-
bonibus e minus duro ligno tempore verno, dum plan-
tae succo turgent, cæsis & decorticatis parantur. Carbo-
num loco linteum ustum, vel medulla sambuci probe
exsiccata suffici potest, si materia hæc æque præparari
poteat.

Ex miscilibus his rite præparatis massa componitur ea ratione, ut ex nitro $\frac{3}{4}$, ex sulfure $\frac{1}{3}$, ex carboni-
bus $\frac{1}{8}$ pars sumatur, tum in puverem redacta in mor-
tario ligneo vel orichalceo per 24 horas contunditur,
affusa per vices post quaternas horas aqua vel spiritu
vini, ne flamمام contusione concipiat, ac tum per
cribrum cilicium urgeatur, & in granula exigua redi-
gitur.

nantur, & unus eorum admoto igne accendatur, si illico ignem concipiat, fumum recta sursum propellat, nihilque fordium in charta relinquat, probus est pulvis, si plures acervuli flammam concipient, indicium est multum falis communis nitro esse admixtum, nam hic crepitando ignem dispergit; si charta maculas nigras exhibeat, vel nimii sunt carbones vel non satis contusi, maculæ flavæ indicio erunt justo plus sulfuris esse admixtum, grana inaccensa massam totam non satis contusam, & commixtam indicabunt, & si grana rursus admoto igne non accendantur, nitrum non sat defæcatum est.

§. 8. Solet pulvis pyrius ad usus quoslibet dispensari mensura quadam cylindrica varii moduli, quæ a clarissimo *Belidoro* in regularem, & irregularē dividitur, illa est cylinder, cuius diameter basis est æqualis altitudini, hæc cuius diameter non est æqualis altitudini; ad parandam ejusmodi mensuram regularem

ex-

exempli causa sit mensura cuius diameter duorum digitorum, in hac observatum est contineri quinque semiuncias pulveris pyrii, ex quo mensuram quotcunque librarum capacem reperies inferendo:

5. Semiunc. ad cubum suæ diametri sicut datæ semiunciæ ad x. ex invento quarto termino extrahatur radix cubica, hæc erit diameter basis, quæ cum ex hypothesi sit æqualis altitudini, etiam altitudo cylindri & mensuræ habebitur (*).

(*) Nam ex Geometria cylindri sunt in ratione composta basium & altitudinem, si ergo dicantur cylindri c & C bases b & B altitudo a & A erit.

c : C = ab : A B sed bases sunt circuli adeoque sunt ut quadrata diametrorum ergo substituendo exit

c : C = ad² : AD² ex supposito sunt mensurae regulares

hinc a = d & A = D ergo substituendo

c : C = d³ : D³ alterando

c : d³ = C : D³ sed iteratis experimentis comprobatum est cylindrum regularem cuius diameter est duorum digitorum capere exacte 5 semiuncias pulveris, hinc loco c substituendo 5 & loco d³ cubum de 2 erit in hypothesi inveniendæ mensura pro 4 lib. seu 128 semiunciiis

5 : 8 = 128 : x, x = 204 $\frac{1}{3}$ cujus radix cubica quam proxime æqualis est = 5 diameter quaesita.

Ut mensura irregularis paretur, eruenda prius mensura regularis suffectura quantitati pulveris datae juxta nunc dicta, cubus dividatur per datam vel assumtam mensuræ irregularis altitudinem, ex quotiente extracta radix quadrata erit diameter basi pro mensura irregulare (*).

C A P U T II.

D E I G N I B U S B E L L I C I S

§. 9.

Considerata pulveris pyrii indole, & compositione, multiplices jam ignes

(*) Sit c mensura regularis & C irregularis erit ex ante demonstratis

$$c : C = ad^3 : AD^3 \text{ seu quia } a = d$$

$$c : C = d^3 : AD^3 \text{ sed ex hypothesi est}$$

$$c = C \text{ ergo etiam } d^3 = AD^3 \text{ dividendo per}$$

$$A \text{ erit } \frac{d^3}{A} = D^3 \text{ extrahendo radicem quadratam}$$

$$\frac{\sqrt{d^3}}{A} = D.$$

nes bellici, quorum omnium anima est pulvis pyrius recensendi veniunt; sunt vero sequentes, *granatæ* majores, & minores, *globi incendiarii, lucentes, fumantes, fætentes, grando, urna pyrotechnica, facci* & *fauuli pyrotechnici.*

§. 10. *Granatæ* majores seu *bombæ* sunt *globi ferrei, cavi, pulvere pyrio referti, ex majoribus machinis arcuatim projiciendi, bombam* exhibit Fig. 6. ejusque intersectionem Fig. 7., *ansis circularibus A & B instructa* est, ut comode intra orificium machinæ, e qua ejicitur, reponatur; *C tubulus* est ligneus materia incendiaria refertus, cui ignis applicatur (*). Minores *granatæ* sunt *globi ferrei, cuprei, vel vitrei pulvere pyriœ farti, & tubo ligneo,* ut majores

Fig. 6. & 7.

in-

(*) Primiæ *bombæ* jussu Mansfeldii Comitis injectæ sunt in Geldriæ civitatem Wachtendorck anno 1588., ex *Fam. strada de bello Belgico* decade 2. lib. 10. Inventæ dicuntur ab incola quopiam urbis Venloo, hic inventi novi experimentum facturus Duci Cliviæ, dividiam & amplius urbem, imprudens igne consumit.

instructi, qui manibus in hostem projiciuntur.

Bombæ figuram internam consideranti Fig. 7. metalli densitas in fundo, major occurrit, ut videlicet arcuatim projecta, & ex alto delapsa fundo terram petat, ne super orificio terræ illis fine effectu suffocetur, hanc vero densitatem sequens tabella, dimensionibus ex Suriræo a S. Remigio desumtis exhibet.

diamete ter bombæ.	densitas metalli in fundo.	densitas metalli superior.	diamete ter luminis.	Quanti tas pulveris	pondus bombæ.
" " "	" " "	" " "	" " "	48..	490
17.. 10	2.. 10	2....	20..	15..	130
11.. 8	1.. 8	1.. 4	16..	4	40
8..	.. 13	.. 10	1..		

Recentiora tamen experimenta docuerunt bombam minori fartura repletam eundem effectum præstuisse *Beldoro* teste, qui eandem 2. $\frac{1}{2}$ & dimidia vel tribus definit pro bomba 12 pollicum in diametro, pro bomba vero 8 pollicum unam libram requirit; haec fartura sufficiet ad disrumpendam bombam,

ma-

major quantitas pulveris redundabit, nisi ædes succendendæ sint.

§. 11. Vitia bombarum examinantur, si illæ carentibus carbonibus impositæ, candescentesque libero aeri expandantur; facta enim per ignem ferri expansione, occulta quædam foraminula, vel rimæ magis patebunt. Quod si globi cavitas aqua frigida repleatur, & orificio probe obturato, in exteriore superficie aqua servens affundatur, tum per vices sapone eadem superficies lavetur, & bullæ in eadem formentur: egressum aeris interni, atque idcirco vitiosa bombæ foraminula indicabunt.

§. 12. Bombarum usus in obsidionibus est longe maximus; nihil enim tam indomitum, quod huic vi resistat, nam & ædificia demoliuntur suo pondere, & disruptæ necem undique adferunt.

§. 13. *Grando pyrotechnica* est cylindrus, conus, vel conus truncatus e papyro, linteo crassiori, vel lamina ferrea constructus, plumbeis glandibus, clavis,

Fig. 8. catenis repletus, qui ex majoribus machinis ejicitur, hanc exhibit Fig. 8. Urnæ sunt vasa fictilia anfis instructa, pulvere pyrio & minori granata referta, in medios hostes projici solita; *facci pyrotechnici* sunt e linteo crassiori sphæricæ vel ellipiticæ formæ, pulvere pyrio, aliisque materiis referti, quibus & granata ad fundum imponitur. His affinia sunt vasa lignea, & globi e facco lineo pice illito, bombis & granatis farta Fig. 9.; globosa item alia corpora ferreis ex circulis compacta & materia incendiaria referta *carcasses*; projiciuntur hæc ad incendenda ædificia (*). Hodie globorum horum & his similium vix est usus, eorum vices bombæ agunt, quarum anfis fasces virgultorum pice illiti alligari possunt.

Va-

(*) Circa annum 1672. inventa dicuntur, & a Gallis adhibita in bello cum Hollandis. In *Journal encyclopédique Febr. 1756.* tribuitur inventum hoc D. Geister rei tormentariz Praefecto Dresden, videtur tamen deberi Episcopo Monasteriensi; vide *recueil des lettres pour servir d'éclaircissement à l'histoire militaire de Louis XIV.* Tom. I. pag. 175. & 159.

Varii sunt præterea tubi, dolia, cylindri lignei pulvere pyrio & materia incendiaria farti, aut globi ænei cavi: illi famuli pyrotechnici, hi caput mortuum audiunt; globi præterea incendiarii ex linteo crassiori compositi formæ sphæricæ vel sphæroideæ materia incendiaria non facile restinguenda repleti Fig. 9. His accensendi sunt globi igniti seu candentes e tormentis projecti ad urbes, promptuaria pulveris succendenda (*).

§. 14. Globus lucens est globus lapideus vel ferreus compositione sulphure, pice, & terebinthina liquefactæ immersus, volutatus subinde in pulvere pyrio granulato, & goffipio vestitus, iterumque immersus eidem materiæ & vestitus, qui lumen undique intensum.

B 2 spar-

(*) Globi igniti a D. Weiler circa medium saeculi 17mi inventi seruntur, subinde a Duce Wrangel in obsidione Bremensi exhibiti; at Casimirus Simienovics in opere suo edito anno 1650. mentionem horum facit, velut antiquissimi usus. Marchio Feuquiere inventionem eorum tribuit Electori Brandenburgo, primumque exhibitos ait in obsidione Stralsundis.

spargit. Globus fumans est repletus nitro defæcato, sulphure & carbone ac stu-pa dissecta, qui fumo aerem undique ob-scurat. Globus fœtens, pice, resina, nitro, sulphure, colophonia, carbonibus, unguibus equinis dissectis, asa fœtida, saraceno putrido, & aliis materiis fœtidis repletus.

§. 15. Bombæ, granatae, & globi in armamentariis in plures acervos compositi visuntur, exhibentes pyramides quadrangulares vel triangulares, vel acervos oblongos. Globorum horum omnis generis, dicta ratione compositorum, ut numerus ineatur, methodus hæc traditur. Ac primo tabularum constructio, quarum ope, cognito basis latere uno, summa globorum in pyramide contentorum innotescit. Sit igitur confituenda tabella pro pyramide ejusmodi triangulari: erit basis hujus triangulum æquilaterum; fiant tres laterculi; in prima serie scribantur numeri naturales, in secunda serie summæ numerorum naturalium successive collectorum, seu triangulares, in tertia se-
rie

rie summæ numerorum triangularium
seu numeri pyramidales

Numeri naturales.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Triangulares seu bases.	1	3	6	10	15	21	28	36	45	55	66	78
Pyramidales seu Summæ.	1	4	10	20	35	56	84	120	165	220	286	364

Sic constructa tabella, si jam scire velis numerum globorum contentorum in pyramide triangulari ABC Fig. 10. numerus Fig. 10. merentur globi in uno latere basis AC, sintque exempli causa 6.; huic numero correspondens in secunda serie numerus 21. indicabit numerum globorum in basi ejusmodi pyramidis contentorum, seu numerum triangularem basim constitutem; si porro sumمام omnium globorum investiges, numerus 56. in tertia serie subscriptus dabit pyramidem totam seu globos in illa contentos (*).

B 3 §. 16.

(*) Nam imprimis inductione constat, si triangula æquilatera e globis composita in uno latere habeant duos glo-

§. 16. Pro pyramide vero quadrangulari, cujus basis est quadratum, construetur tabella, si in prima serie inscribantur numeri naturales, in secunda horum numerorum quadrata, in tertia summae horum quadratorum.

Numeri naturales.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Quadrata seu bases.	1	4	9	16	25	36	49	64	81	100	111	144
Summa quadratorum.	1	3	14	30	53	91	140	204	285	385	496	640

Jam si numerentur globi in uno basis latere constituti, exempli causa Fig. 10. 6. erit numerus 36. in secunda serie

globos, esse in basi tres; si habeant tres, continebit basis 6. etc. adeoque evidens est, numerum triangularem correspondentem esse numerum globorum in illo triangulo constitutorum. Sed etiam ex genesi pyramidis regularis pro basi triangulum æquilaterum habentis est evidens, pyramidem nihil esse aliud, quam summam triangulorum æquilaterorum, quorum latera incipiendo a vertice usque ad basim unitate crescent, atque ejusmodi triangula exprimuntur per numeros triangulares, ergo pyramis hæc est summa numerorum triangularium, ergo exprimitur per numerum pyramidalem correspondentem.

rie subscriptus, summa globorum in basi, numerus vero 91. in tertia serie numerus globorum in pyramide contentorum (*).

§. 17. Sint jam globorum pyramides horizontaliter oblongæ, ut Fig. 11. Fig. 11. ejusmodi pyramis resolvitur in pyramidem regularem & in prisma BCDE, pyramidis ABC globi reperientur ex dictis §§. superioribus ; numerus vero globorum in prismate, si numerentur globi in latere AC, & ex tabula numerorum triangularium excerptatur numerus globorum in toto triangulo ABC contentorum ; hic numerus globorum multipliciter per numerum globorum in latere CE, factum erit numerus globo-

B 4 rum

(*) Evidens enim est numerum quadratum, numero naturali respondentem, esse numerum globorum in basi contentorum ; quia vero ex hypothesi, hæc basis est quadratum, ejus latus est ipse numerus naturalis. Sed etiam ex genesi pyramidis liquet eam nihil aliud esse, quam summam quadratorum, quorum latera incipiendo a vertice crescunt unitate, seu sunt ut numeri naturales : ex constructione vero numeri in tertia serie subscripti sunt summae talium quadratorum : ergo numerus in tertia serie est numerus omnium globorum.

rum in prismate contentorum, adeoque summa pyramidis & prismatis erit numerus globorum omnium quæfitus (*).

Fig. 12. §. 18. Si globorum acervus compositus est ex pyramidibus & prismate ut Fig. 12. totus acervus resolvitur in ejusmodi solida, quæ juxta casus præcedentes calculari possunt, ac primo quidem pyramides regulares A B C, DEF, deinde acervus oblongus GHIK juxta dicta §. superiore, summa omnium horum erit numerus globorum quæfitus.

§. 19. Quoniam vero hæ tabulæ non ubique, ubi usus posceret, ad manum sunt, libet subnectere problema algebraicum, unde ope brevium formularum, quas memoria facile retinueris, prædicta problemata omnia solvi possunt. Primo quidem pro pyramide qua-

(*) Evidens est enim, tot esse in pyramide triangula ABC, quot sunt globi in latere BD, ergo factum ex hoc triangulo in latus BD est quæfita soliditas hujus prismatis.

quadrangulari, cuius basis est quadratum, ejusmodi pyramis quadrangularis est summa quadratorum numerorum naturalium ex ante demonstratis, sed ex Algebra (*) summa quotvis hujusmodi quadratorum est =

$$\frac{\omega^3}{3} + \frac{\omega^2}{2} + \frac{\omega}{6} - \frac{z^3}{3} + \frac{z^2}{2} - \frac{z}{6}; \text{ ergo}$$

per hanc formulam quævis globorum pyramis quadrangularis invenitur, nempe ω est numerus globorum in latere basis imæ AC Fig. 13., a est numerus globorum in latere basis summæ CD, in casu quo pyramis esset truncata, uti præfens est; si vero pyramis sit integra, primi duntaxat termini tres valent; nam tres ultimi se mutuo destruunt.

Fig. 13.

§. 20. Pro pyramide triangulari, cuius basis est triangulum æquilaterum, observandum hujusmodi pyramidem esse summam triangulorum æquilaterorum,

B 5 quo-

(*) Caillii Elem. Algebra §. 379.

quorum latera incipiendo a vertice sunt numeri naturales, adeoque pyramis est summa numerorum triangularium, cum numeri naturales constituant progressionem arithmeticam, in qua latus trianguli fit æquale ultimo termino, & ipse numerus terminorum æqualis est ultimo termino; posito termino primo = 1. ultimo = ω , erit ex lege summationis progressionum arithmeticarum, ultimo termino addendus primus nempe unitas, & summa hæc ducenda in dimidium terminorum numerum, adeoque si sint numeri naturales quotcunque l, m, n, p, r etc. reperientur numeri triangulares quorum summæ erunt, $\frac{l^2+1}{2} + \frac{m^2+m}{2}$
 $+ \frac{n^2+n}{2}$ etc. habebuntur sic duæ series:
una quadratorum $l^2 + m^2 + n^2 + p^2$ etc.
altera numerorum naturalium $1 + m + n + p$
etc. harum vero summarum summa obtinetur, si ad semifsummam quadratorum $\frac{l^2}{2} + \frac{m^2}{2} + \frac{n^2}{2} + \frac{p^2}{2}$ etc. addatur semifsuma numerorum naturalium $\frac{1}{2} + \frac{m}{2} + \frac{n}{2} + \frac{p}{2}$
etc.

etc. sed ex demonstratis in Algebra summa quadratorum est =

$$\frac{\omega^3}{3} + \frac{\omega^2}{2} + \frac{\omega}{6} - \frac{a^3}{3} + \frac{a^2}{2} - \frac{a}{6}, \text{ & summa}$$

quotvis numerorum naturalium = $\frac{\omega^3}{2} + \frac{\omega^2}{2} - \frac{a^3}{2} + \frac{a^2}{2}$

Ergo harum summarum dimidia addendo erit pyramis $\frac{\omega^3}{6} + \frac{\omega^2}{4} + \frac{\omega}{12} - \frac{a^3}{6} + \frac{a^2}{4} - \frac{a}{4} + \frac{\omega^3}{4} + \frac{\omega^2}{4} + \frac{\omega}{4} - \frac{a^3}{4} + \frac{a^2}{4}$; reducendo erit pyramis $\frac{\omega^3}{6} + \frac{\omega^2}{2} + \frac{\omega}{3} - \frac{a^3}{6} + \frac{a^2}{6}$ In qua formula duo ultimi termini se destruunt in casu pyramidis integræ, ubi $a = 1$. seclus vero a est numerus globorum in latere basis superioris, ω autem numerus globorum in latere basis infimæ constitutorum.

C A P U T III.

De Machinis Bellicis.

§. 21.

Machinæ bellicæ hodiernæ sunt tormenta, mortaria, pyloclastra seu tor-

tormenta insititia etc. Tormenta sunt machinæ, e quibus globi ferrei, vel lapi-
dei vi pulveris pyrii ejiciuntur versus
loca axi in directum sita, tormentum
 Tab. 2 Fig. 1 exhibit Tab. 2. Fig. 1. In hoc obser-
va partes præcipuas, videlicet partem
fundi A B, la culasse, medium B C &
orificiale CD; in parte fundi occurrit
uva bouton E, lumen accensorium F la
lumiere; luminis accensorii amplitudo
nimia ne sit, quæ alioquin per frequen-
tiores explosiones ampliatur, sed ne-
que versus medium farturæ, ne videli-
cet totius massæ pulveris violenta &
celerrima inflammatio, tormento, lumi-
ni accensorio, & fulcro, cui tormentum
innititur, fit noxia. In parte me-
dia occurunt cylindri minores utrinque
G & H tourillons, super quibus tormen-
tum in fulcro quiescit ac veluti æqui-
libratur ut Fig. 3. nam pars fundi trige-
sima parte ponderis totius tormenti gra-
vior est.

Fig. 3.

§. 22. Variæ sunt tormentorum magnitudines. Olim fundebantur quæ 33. & 48. lib. ejiciebant, quin ut refert Suriræus a S. Remigio etiam 96. lib. Diversus tamen est hodie apud varias gentes tormentorum apparatus; communiter dividuntur in muralia, & campestria, eaque majora & minora, quibus addi possunt tormenta minimæ molis; maxima sunt, quæ globum 24. lib. ejiculantur, reliqua 16. 12. 8. 4. lib. projiiciunt, legionaria, quæ 3. lib., alia quæ duas, minima quæ $\frac{1}{4}$. lib. ejiciunt.

§. 23. Materia tormentorum vel metallum est, vel ferrum; ferrea, quod pondere suo molestiora sunt, in navibus & locis munitis usui esse solent. Metalli nomine hoc loco venit mixtio quædam ex cupro, stanno (*) & orichalci parte interdum addita. Miscibilium horum

(*) Cuprum in Hungaria, Svecia, Norvegia, Italia, Lotharingia effoditur; Norvegicum, quia durius; stannum, quod mellius, ceteris præstat.

rum ea est proportio pro tormentis ex novo ære conflandis, ut ratio cupri ad stannum sit ut 100: 12., quoniam vero ut plurimum accidit, ut ex residua veteris metalli supellectile novæ massæ admixta conflenda sint tormenta, erit tum $\frac{1}{3}$. universi assignati ponderis cuprum, orichalcum $\frac{1}{4}$, stannum $\frac{1}{7}$. reliquum vero, quod ad pondus complendum deest, ex metallo veteri defumendum. Sit igitur massa conficienda 204. lib. erit tum pars $\frac{1}{3}$. cupri = lib. 68.
 orichalci $\frac{1}{4}$. = 51.
 stanni $\frac{1}{7}$. = 12.

Summa 131.

Cum petantur 204 lib. addendæ igitur sunt ex metallo veteri lib. 73.

§. 24. In casu igitur, quo ad nova tormenta adhibendum sit metallum vetus, ante omnia explorandum est, in qua ratione cuprum stanno sit immixtum, in prædicto metallo veteri, ut habeatur norma mixtionis novæ. Invenietur vero ratio cupri ad stannum in metallo veteri

DE MACHINIS BELLICIS. 31

ri sequenti modo: E physicis experimentis constat, massam stanneam aquæ immersam amittere $\frac{1}{7}$. partem sui ponderis, quod habet in libero aere, massam vero cupream $\frac{9}{7}$. partem; decutitur igitur ex metallo veteri portio aliqua, & diligenter exploretur ejus pondus in libero aere, tum pondus ejusdem in aqua amissum; dicatur

$$\text{Pondus cupri immixti} = C$$

$$\text{stanni} = S$$

$$\text{erit pondus a cupro amissum} = \frac{C}{7}$$

$$\text{a stanno} \quad \frac{S}{7}$$

$$\text{Pondus mixti} = p$$

$$\text{Pondus a mixto in aqua amissum} = M$$

$$\text{Igitur } C + s = p, \text{ & hinc}$$

$$c = p - s, \text{ & rursum}$$

$$\frac{c}{7} + \frac{s}{7} = m, \text{ tollendo fractiones}$$

$$\frac{7}{7}C + \frac{9}{7}s = 63 \text{ m, substituendo va-} \\ \text{lorem de C}$$

$$7p - 7s + 9s = 63 \text{ m, reducendo}$$

$$7p + 2s = 63 \text{ m, transponendo &} \\ \text{dividendo}$$

$$\underline{S = 63 \text{ m} - 7p}$$

Habetur ergo pondus stanni metallo veteri immixti, hoc subtractum a pondere rationis mixtae relinquet pondus cupri immixti, constabitque de ratione cupri ad stannum. In exemplo fit quantitas cupri & stanni seu portio resecta = 80 lib. pondus in aqua amissum ab hac massa = 9 lib. $\frac{1}{3} = \frac{2}{3}$ erit igitur

$$C + s = 80$$

$$\frac{c}{7} + \frac{s}{7} = \frac{2}{3}, \text{ tollendo fractiones erit}$$

$7C + 9s = 588$, transponendo quantitatem s in prima æquatione $c + s = 80$, erit

$C = 80 - s$, proinde omnia multiplicando per 7

$$7C = 7 \cdot 80 - 7s, \text{ seu}$$

$$560 - 7s$$

substituendo valorem inventum de C in æquatione $7C + 9s = 588$, erit

$$560 + 25 = 588 \text{ per metathesim}$$

$$25 = 588 - 560 = 28$$

Ergo $S = 14$; igitur in portione metalli resecta erunt libræ stanni 14, quas si ab 80 subtrahas, remanebunt 66 lib. cupri.

§. 25. Data ergo ratione cupri ad stannum in metallo veteri, invenienda est quantitas cupri puri admiscendi, ut habeatur data aliquā quantitas metalli in data ratione mixti: cum igitur petatur ratio cupri ad stannum ut 100: 12, & in dicta mixtione ratio hæc non habeatur, quæritur jam quot libræ cupri defint, ut sit cuprum ad stannum in metallo veteri sicut 100: 12; fit igitur ratio cupri ad stannum in metallo veteri C: S inquirendum imprimis per regulam trium, quantum ex cupro vel stanno defit in metallo veteri ad hoc, ut sint in ratione petita, igitur

$$12 : 100 = s : x; \text{ ergo}$$

$$x = 100 s$$

Inventa est §. 12 superiorē quantitas stan- ni videlicet libræ 14; ergo $x = \frac{100 \cdot 14}{12} = 116 \frac{2}{3}$. Cum igitur ex hypothesi in metallo veteri sint jam libræ cupri C; erit $\frac{100s}{12} - C$ quantitas cupri, quæ superaddi debet determinatæ portioni metalli veteris: cum vero petantur libræ

C n,

n, utendum est hac proportione: portio jam debite mixta se habet ad additamentum sui cupri, sicut tota quantitas petita ad additamentum sui cupri, adeoque $S + C + \frac{100s}{12} - C$ ad $\frac{100s}{12} - C = n : x$ quartus terminus dabit quantitatem cupri superaddendi, reliquum ex metallo veteri sumendum est.

Fig. 2. §. 26. Figura externa tormenti conus truncatus est, densitas videlicet metalli E D Fig. 2 in parte fundi major est, ac in parte orificiali: cum enim impetus globo impressus agat etiam in latera tormenti, & vis maxima a pulvere exeratur in ipso accensionis momento, priusquam globus propellatur, quod fit in spatio F G H I; actio vero inflammati pulveris jam in majus spatium extenuati imminuatur, etiam densitas metalli versus orificium minor est. Hæc vero metalli densitas non nisi experientia definiri potest, quod nec simultanea sit pulveris inflammatio, nec eadem semper, pro diversa videlicet pulveris pyri indole.

§. 27.

§. 27. Interna tormenti figura, seu vacuitas, est cylindrica, tum ut determinata motus directio globis imprimi possit, tum ne magna pars pulveris globum inter, & tormenti latera labentis frustra pereat; vacuitas hæc cylindrica *anima* tormenti dicitur; cuius apertura seu diameter, æque ac globi imponendi *calibra* compellatur; hanc vero machinæ cavitatem majorem esse oportere diametro globi ejiciendi vix dicendum est, ne videlicet affrictus a lateribus tormenti fit nimius, & globus extra directionis lineam feratur. Differentia isthæc inter calibram globi & machinæ *spatium vacuum* dicitur.

§. 28. Calibra machinæ, aut globi, ipsumque spatium vacuum seu differentia inter calibram machinæ, & globi determinabitur sequenti ratione: detur diameter quæcunque machinæ A B Fig. 4. describatur super ea circulus, ad extremitatem diametri B erigatur perpendicularis

C 2 dicu-

diculum **B F** indefinitum, tum ex **B** radio **B C** describatur arcus **D CG**, hujus arcus chorda **D G** erit diameter globi quæfita, hac translata ex **A** in **H** erit **H B** spatum vacuum; data igitur diametro globi **A H**, si huic addas spatum vacuum **H B**, habebis diametrum machinæ.

§. 29. Inventa aut data calibra globi libralis & spatio vacuo eidem competente, spatum vacuum pro quovis tormento globos datæ calibræ ejaculante reperietur, si summa calibræ globi, & spatii vacui, seu calibra machinæ libralis concipiatur divisa in 100. partes æquales, & elevetur ad cubum, cubus hic multiplicetur per pondus globi dati, ex facto extrahatur radix cubica, hæc erit quæfita calibra tormenti in particulis centesimis, sit igitur calibra globi libralis $2\frac{1}{1} 1\frac{1}{1} 5\frac{1}{1}$ inferatur:

$100 : 2\frac{1}{1} 1\frac{1}{1} 5\frac{1}{1} =$ calibra reperta: x
quartus terminus dabit calibram tor-
men-

menti quæsitam in digitis, lineis &c. de-
nique ab inventa calibra tormenti sub-
trahatur data calibra globi, differentia
erit spatium vacuum quæsitus (*).

§. 30. Peculiarem attentionem me-
retur forma fundi interna in machinis;
circa finem prioris seculi, camera pro-
pe sphærica tormentis inducta fuit, ut
videlicet celerior inflammatio pulveris
majorem exereret in globum actionem,
hac ratione effectum, ut tormenta bre-
viora minusque ponderosa, atque idcir-
co magis apta ad motum essent, sed
quoniam difficulter repurgari camera
eiusmodi poterat, scintillæ idcirco lati-
tantes immissam farturam succenderent,
ipsa porro inflammationis vehementia

C 3 ful-

(*) Sit enim calibra globi libralis in particulis zoomis
 $= d$, calibra tormenti quæsita in iisdem particulis
 $= x$, pondus globi dati $= p$; quoniam pondera sunt ut
cubi diametrorum, erit

$$1 : p = d^3 : x^3$$

$$x^3 = pd^3, \text{ ergo}$$

$$x = \sqrt[3]{pd^3}$$

$$x = d\sqrt[3]{p} \quad \text{etc.}$$

fulcra tormentorum diffringebat, & ob retrocessionem nimiam tormenti jactus non admodum certi fiebant, abolitæ sunt; cameræ cylindricæ fundo rotundato substitutæ, quæ & extergendi facilitatem & firmitatem metallo in parte fundi conciliant.

§. 31. Longitudinem justam tormentorum esse oportere, eamque casu fortuito determinatam ex §. 4. constat; experientia certe docet ex tormento tubi brevioris globum evolare antea, quam pulvis pyrius totus flamمام concipiat, e longiori vero tormento evolabit globus aliquo tempusculo, posteaquam tota fartura ignem concepit, in utroque casu globus propterea non propelletur ea efficacia, qua ejectus fuisset, si tormentum justam haberet longitudinem (*)

§. 32.

(*) Certum enim est a majori quantitate inflammati pulveris majorem globi impetum imprimi: sic igitur Fig. 2. in tormento fartura I F pulvis successive totus inflamatus magis utique spatium oceupabit, ac sub ini-

§. 32. Hæc igitur justa tormentorum longitudine ex ratione farturæ ad axim tormenti determinatur, fartura vero tormenti experientia teste sat bene definitur, per rationem subduplam pulveris pyrii ad pondus globi ejiciendi, imo nonnunquam sufficit ratio subtripla (*).

C 4. Hoc

tium accensionis, quia vero maximam vim exercit ubi minorem reperit resistentiam, propellet globum cum parte pulveris nondum inflammati versus orificium A, & quia celeritas globi augetur pro ratione majoris quantitatis accensi pulveris, erit in momento globus in A, si jam tempore illo, quo globus spatium IA percurrit, pulvis totus inflammari non posse, reliquus ergo inaccensus cum globo dispergetur. Contra vero si tormentum longius sit, globus majus spatium percurrendum habet, atque hinc pulvis totus longiori tempore inflammatur, majoremque idcirco impetum eidem imprimit, si vero tormentum sit justo longius: & supponamus globo propulo in B inflammationem pulveris plene factam esse; globus tum minori impetu fertur ex orificio A, nam aer rarefactus pertinet in B nullusque jam supererit, qui globo impetum ex B porro imprimat.

(*) Fartura longitudini tormenti proportionata usu magis quam theoria definiri potest; compertum est experimentis Feræ in Gallia institutis, tormenta 24 lib. 9 lib. pulveris, 16 librarum, sex lib. pulveris, 12 librarum, 5 pulveris libras tormentum 8 lib. 3 lib. pulveris exigere; tormenti vero 4 librarum pondus ejicientis farturam esse 2 lib. pulveris, propterea, quod cum in hac machina, calibra saepius contineatur in ejusdem longitudine, quam in aliis, atque idcirco etiam globus

Hoc posito longitudo tormenti dato pondere globi, sequenti ratione determinabitur: iteratis experimentis compertum, tormento legionario 3 lb. ejaculanti competere axem 6¹ 10¹¹ 8¹¹¹ 8¹¹¹¹, cum igitur ex ante dictis dato pondere globi detur fartura, inferatur: fartura tormenti legionarii ad sarturam tormenti dati, ut factum ex quadrato calibræ tormenti legionarii in suum axem ad factum ex quadrato calibræ tormenti dati in suum axem, quartus proportionis terminus repertus dividatur per quadratum calibræ tormenti dati, quotientis est axis quæsus (*).

§. 33.

majus spatum percurrendum habet, consequenter impulsum a pulvere longlori tempore accipit; ut adeo fartura tormenti apte determinetur per fabduplam aut subtriplam rationem pulveris ad pondas.

(*) Dicantur farturae tormentorum f & F

calibræ eorundem d & D

animæ tormentorum c & C

axes eorundem a & X

Ex geometria cylindri, adeoque animæ tormentorum sunt in ratione composita basium & altitudinum, & cum bases sint circuli, adeoque sunt ut quadrata diametrorum, erit

$$c : C = ad^2 : xD^2$$

§. 33. Sic conflata tormenta examinantur ex Cl. le Blond, quinque jactibus probatoriis ad scopum 180 vel 200 hexapedas remotum, fartura pro primis duobus jactibus $\frac{2}{3}$. ponderis ejiciendi, pro tribus postremis $\frac{1}{2}$, post hos jactus nonnihil pulveris in animam tormenti immissi succenditur, ad eamdem repurgandam, tum affusa in animam aqua, penniculo tormentario comprimitur, obturato lumine accensorio, aqua compressa exitum nacta, fissuras, & foraminula indicabit; cavitates vero in metallo explorantur instrumento duabus vel tribus uncis in triangulum dispositis instructo *chat* & in animam tor-

C 5 menti

Sed farturae plene inflammatae sunt ut spatia, adeoque ut animae tormentorum, per quas plene inflammantur, adeoque est etiam $c : C = f : F$. Ergo rationes aequalis eidem $\frac{c}{f}$ sunt aequales inter se, hinc $f : F = ad : X D^*$, quartus terminus aequalis facto mediorum etc. erit

$$X D^* = \frac{ad^* F}{f}, \text{ dividendo per } D^* \text{ erit}$$

$$x = \frac{ad^* F}{D^* f}$$

menti immisso; cereo item accenso, aut speculo, parte fundi versus solem, aut lumen obverso, speculo ad orificium tormenti applicato; anima tormenti tum illustrata cavitates prodet, exhibebitque præterea, num recta & probe cylindrica illa sit (*)

Alia præterea methodus Clariss. de la Valiere habetur, duos videlicet, tres-ve jactus is fieri vult farturis vulgari-bus, duobus aliis, globi loco cylindrum terreum e pinguiori solo excisum, du-os circiter pedes longum apponi, actio-tum, visque pulveris in anima tormenti per cylindrum ejusmodi coarctata om-nem vim suam in metallum exeret.

§. 34. E tormento maximæ calibræ rite ex dictis examinato 2000 jacti-bus

(*) *M. Dulac Méchanique d'artillerie* non satis explo-rari ait tormenta dictis modis, quod hac ratione vi-tia in externa duntaxat superficie detegantur, non ve-ro illa, quæ in ipsa metalli massa latent; suadet id circo quadraginta continuis jactibus examinari; sum-pitus tamen immodici in hac methodo attentionem me-rentur.

bus plures fieri haud posse, quin rumpatur, ex *M. Moralec* habetur (*), et si singulis duntaxat horis unus jactus fieret, quod videlicet motus particulatum metalli semper auctus iteratis explosionibus easdem dividat & disrumpat. Juxta Suriræum a S. Remigio compertum est, tormentum 24 lib. jactus 90 100, quin 120 intra horas 24 sustinere posse, ea lege, ut post 10 vel 12 jactus refrigeretur. *Diego Ufano* octo jactus unius horæ spatio admittit, post quadragesimum refrigerari tormentum vult, fit vero refrigeratio penniculo humefacto intra tormenti animam acto, ne tamen lenta sit machinarum administratio ob tempus refrigerando impensum, metallo incandescente, minui suadet farturam.

Hodie vero, quantum, quam brevi tempore perfecta sit res tormentaria sub felicissimis auspiciis *Jos. Wenceslai*

(*) Mémoires de Tiévoux du mois de Mars ann. 1710.
pag. 507.

ceslai Principis a Liechtenstein, quis necit; non jam 120 explosiones ut retrolapis temporibus 24 horarum spatio, sed intra horam 300, 360, quin & sine mora, qua in hostem collimatur, 12 & 14 minuto uno expediuntur jactus.

§. 35. Tormentorum differentia, tum ex forma, & longitudine eorundem, tum maxime a pondere, & diametro globorum, quos ejiciunt, petitur; diametrum vero globorum instar scalæ geometricæ exhibet *regula calibræ*, quæ est linea recta, ita divisa, ut suis partibus exhibeat diametros globorum homogeneorum, quorum pondera ordine crescunt.

Paratur ejusmodi regula hoc modo, pro globis videlicet homogeneis, quorum libræ, ut numeri naturales crescunt; investigetur exacte diameter globi V. G. ferrei unam libram appendentis; nimirum digitus cubicus ferri immergatur aquæ, & notetur, quantum
sui

sui ponderis in aqua amittat ; tum globus ferreus exactissime unam libram in aere ponderans pariter immersatur aquæ, & pondus ab hoc amissum notetur , tum juxta demonstrata in hydrostaticis inferatur : pondus amissum ab uno digito cubico , est ad pondus amissum a globo , sicut unus digitus cubicus ad digitos cubicos globi , quartus terminus dabit soliditatem globi libralis in digitis &c. cubicis.

Jam cum sphæra se habeat ad cubum suæ diametri sicut 157 : 300, inferatur 157 : 300 sicut soliditas inventa ad cubum diametri globi libralis , ex quarto termino nunc reperto extracta radix cubica erit diameter globi ferrei unam libram ponderantis , diameter concipiatur divisa in 100 vel 1000 particulas , ut videlicet fractiones in calculo occurrentes eo tutius liceat negligere , hic particularum numerus eleveratur ad cubum , cubus iste duplicetur , triplicetur , etc. Ex his factis ordine

ex-

extractæ radices cubicæ sunt diametri globorum ferreorum 1, 2, 3, 4, lib etc. hæ diametri omnes ordine in lineam rectam alicui regulæ metallicæ incisam transferantur, & regula calibræ habebitur (*).

§. 36. Examinatur regula calibræ an exacta sit, sequenti ratione: capiatur

(*) Sphæræ sunt ut cubi diametrorum, si igitur aliquujus sphæræ diameter sit 100, erit ex Geom. peripheria circuli maximi 314, adeoque soliditas hujus sphæræ $\frac{4}{3} \cdot 314 \cdot 25 \cdot 100 = \frac{1570000}{3}$: est enim soliditas sphæræ æqualis duabus tertius partibus facti ex axe in aream circuli maximi, area autem hujus circuli = facto ex peripheria in $\frac{1}{2}$ radii seu = $314 \cdot 25$; hoc factum multiplicatum per axem dabit $314 \cdot 25 \cdot 100$ cuius $\frac{4}{3}$ = soliditati sphæræ; cubus vero diametri erit 1000000, hinc 1570000 : 1000000, sicut sphæra quævis ad cubum diametri, seu $\frac{157}{3}$: 100 sicut sphæra quævis ad cubum diametri seu 157: 300 sicut etc. quartus terminus dabit cubum diametri quæfitæ, ex hac extracta radix cubicæ diametrum.

Secunda pars pater ex *Mechanica*. In massis homogeneis pondera sunt ut volumina, volumina globorum ut cubi diametrorum, ergo pondera globorum homogeneorum sunt ut cubi diametrorum; igitur si cubus diametri sit duplus, triplus &c. etiam pondus globi est duplum, triplum &c. ergo si ex cubo duplo &c. extractatur radix cubica, habebitur diameter globi duplum, triplum etc. id est in casu resolutionis 2, 3, 4 lib. ponderantis.

tur circino diameter globi unius libræ, & quoties potest in regulam calibræ transferatur, si bis translata incidat in diametrum 8 lib., ter translata in diametrum 27 lib., quater translata in diametrum 64 librarum, hæ divisiones justæ sunt, capiatur circino diameter globi 2 lib. & pariter transferatur in regulam calibræ quoties potest, si bis translata incidat in diametrum bis 8 lib., ter translata in diametrum bis 27 lib. quater translata in diametrum bis 64 librarum etc. etiam hæ divisiones justæ erunt; porro diameter globi 3 lib. bis transferatur, si incidat in diametrum ter octo lib., ter translata in diametrum ter 27 lib. etc. justæ erunt quoque divisiones.

Universaliter denique, si diameter transferenda sit. = d , pondus huic respondens = p , numerus translationum = n , dico, si justa est divisio, debere incidere in diametrum globi pn^3 (*).

(*) Pondera globorum homogeneorum sunt ut cubi diametrorum, ergo

$$d^3 : n^3 d^4 = p : x, \text{ ergo quartus ternians \&c}$$

$$x = n^3 p.$$

§. 37. Tabella sequens diametros globorum in particulis 1000mis exhibet, ab una libra ad 100. ex Cl. Wolfio desumta.

Ufus

Libræ	Diameter	Libræ	Diamet	Libræ	Diamet	Libræ	Diamet
1..	1000..	26..	2962	51..	3708	76..	4236
2..	1259..	27..	3000	52..	3732	77..	4254
3..	1442..	28..	3036	53..	3756	78..	4272
4..	1587..	29..	3072	54..	3779	79..	4290
5..	1709..	30..	3107	55..	3802	80..	4308
6..	1816..	31..	3141	56..	3825	81..	4325
7..	1912..	32..	3174	57..	3848	82..	4342
8..	2000..	33..	3207	58..	3870	83..	4360
9..	2080..	34..	3239	59..	3893	84..	4377
10..	2154..	35..	3269	60..	3914	85..	4395
11..	2223..	36..	3301	61..	3936	86..	4413
12..	2289..	37..	3332	62..	3957	87..	4431
13..	2351..	38..	3361	63..	3975	88..	4447
14..	2410..	39..	3391	64..	4000	89..	4464
15..	2466..	40..	3419	65..	4020	90..	4481
16..	2519..	41..	3448	66..	4041	91..	4497
17..	2571..	42..	3476	67..	4061	92..	4514
18..	2620..	43..	3503	68..	4081	93..	4530
19..	2667..	44..	3530	69..	4101	94..	4546
20..	2714..	45..	3556	70..	4121	95..	4562
21..	2758..	46..	3583	71..	4140	96..	4578
22..	2800..	47..	3608	72..	4160	97..	4594
23..	2843..	48..	3634	73..	4179	98..	4610
24..	2884..	49..	3659	74..	4198	99..	4625
25..	2924..	50..	3684	75..	4217	100..	4641

Uſus hujus tabellæ ſatis patet, illud duntaxat monendum venit; ſi lubeat diametrum globi libræ in particulis 100mis pro ſcala аſſumere, ex dicta tabella poſtremus ubique numerus tol-latur, & ſi reſectus numerus quinarium ſuperat, tum præcedens unitate augeatur.

§. 38. Si vero habeatur pars calibræ; ſeu ſi regula calibræ minor fit, quam ut datæ diametro globi aut ori-ficii in machina mensurandi ſufficiat, erue-tur pondus globi diametri majoris, ſi pondus, quod pars diametri mensura-ta indicat, ducatur in cubum denominato-ri partiſ datæ, erit tum factum pondus globi quæſitum (*).

D

Ce-

(*) Sit data calibræ pars $\frac{1}{n}$, evidens eſt hanc calibræ

partem eſſe ad calibrā totam ut $\frac{1}{n} : 1$, ſit igitur pondus datæ parti respondens $= p$, totius globi pon-dus quæſitum $= x$, quoniam pondera globorum ſunt ut cubi diame-trorum, erit

$$p : x = \frac{1}{n^3} : 1, \text{ ergo}$$

$$\frac{x}{n^3} = p, \text{ tollendo fractionem erit}$$

$$x = p \cdot n^3.$$

Ceterum cognita diametro globi cujuscunque, & ejusdem pondere, facilis negotio pondera omnium globorum, quorum diametri notæ sunt, & noto pondere etiam diametri innotescunt, cum enim solida similia sint inter se, ut cubi laterum homologorum, aut diametrorum, si experimento constet exempli causa, globum 4 librarum habere diametrum trium digitorum, per regulam trium reperies pondus cujuscunque globi, cuius nota fit diameter, inferendo: ut cubus diametri globi $\frac{1}{4}$ ad cubum, 5 digitorum, ita pondus seu $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{4}$. ad x; & dato pondere diametrum reperies inferendo: ut pondus globi noti ad pondus globi dati, ita cubus diametri primi globi, ad cubum diametri secundi globi; extracta radix cubica dabit diametrum.

§. 39. Pro reperiendis calibris globorum semiuncialium, defumantur ex calibra globorum libralium calibræ globorum, quorum libræ sunt numero pari,

DE MACHINIS BELLICIS. 51

ri, nempe 2, 4, 6, 8 &c. & hæ ordine dividantur per 4 erunt quotientes ordine sumti calibræ globorum, quorum pondera sunt 1, 2, 3, 4, 5, &c. semiunciarum, V. G. sit diameter globi duarum lib. ex tabula superiore patet, hanc esse in particulis millesimis 1259., quæ per 4 divisa dat diametrum globi unius semiunciæ 314 $\frac{3}{4}$ (*).

§. 40. Mortarium est machina bellica ejusdem metalli, ac tormentum, e qua globi diversorum generum, & bombæ cumprimis ope pulveris pyrii arcua-

D 2 tim

(*) Globus bilibris habet 64 semiuncias, adeoque globus 2 lib. ad globum unius semiunciæ sicut 64 : 1, ultimam rationem dividendo, erit globus 2 lib. ad globum 1 semiunciæ sicut 1 : $\frac{1}{64}$, sed globi sunt ut cubi diametrorum; ergo

$D^3 : d^3 = 1 : \frac{1}{64}$; sed si cubi sunt proportionales, etiam radices sunt proportionales, ergo

$D : d = 1 : \frac{1}{4}$; ergo factum extremorum etc.

$d = \frac{D}{4}$, cum idem de reliquis eodem modo de-

monstrari possit, ergo diametri seu calibræ globorum semiuncialium reperiuntur, si calibræ globorum libra- lium, quorum pondera progrediuntur, ut numeri pa- tes per 4 dividantur.

tim projiciuntur (*). Partes mortarii præcipuas exhibet Fig. 5 partem vide-
licet fundi A, lumen accensorium B,
partem medium C, partem orificiale-
m E, cylindros minores D.

Variæ sunt mortariorum magnitudi-
nes & genera , mortarium , quod cy-
lindros habet in basi *stans* dicitur, quod
in parte media instar tormentorum *pen-
dens*. Memoranda hic sunt mortaria
manualia fulcro ligneo vel metallico in-
sistentia Fig. 6 a Celeberrimo Coehor-
njo inventa , qui anno 1703 urbem
Bonnam 450 ejusmodi mortariis infe-
stavit adeo, ut trium dierum spatio in
deditio[n]em redegerit.

§. 41. Forma camerae in mortariis
variat , vel enim cylindrica est , vel
sphærica, eaque piri formam æmulans,
cylindricæ vitia sunt , quod illa solum
pul-

(*) Mortariorum usus æque antiquus, ac tormehtorum
est, teste Blondello; machinas has a Turcis inventas
alii existimant. Minora mortaria etiam e ligno pa-
rantur, quin & majora, cum necesse est, anulis ta-
men ferreis vel funibus rite munita.

pulveris portio, quæ in fundo est, inflammata impetum globo imprimat; reliqua vero pulveris pars, pondere jam ejecto inflammetur; alterum vitium ejusmodi cameræ est, quod accurationis in fundendis mortariis defectu, axis cameræ ad axem mortarii obliquus non unquam existat, unde globus datam directionem non sequitur. In sphæricis vero cameris, celerior quidem est pulveris inflammatio, minorique fartura major actio a pulvere habetur, atque in camera cylindrica, sed violenta illa inflammatio fulcris noxia est, cameræ porro, pirum imitantes celeriorem inflammationem, atque idcirco majorem in globum actionem exerunt; quæ cum ob figuram conicam versus aperturam cameræ feratur, fulcris non admodum incommodat, hinc ceteris anteferendæ.

§. 42. Calibra machinæ seu diameter orificii, quinque vel sex lineis major est calibra bombæ ex §. 27. calibra vero bombæ intra 6 & 18 digitos,

D 3 far-

fartura vero mortarii intra 2 & 12 lib. recte constituetur, et si haec eadem ad 18 lib. accrescat; alii farturam definiunt, dividendo pondus globi ejiciendi per 30, huic tamen regulæ non stricte semper inhærendum.

§. 43. Tormenta lapidaria *Mortiers Canons* (*) sunt machinæ bellicæ, e quibus lapides, vel etiam granatæ in hostem projiciuntur, lapides vel temere, vel in corbitam collecti in tormento reponuntur, qui vi pulveris ejecti grandinis instar, non sine strage decidunt; ultra 150 passus non pertingunt; figura externa machinarum ejusmodi mortarii speciem refert, cujus directio ad horizontem parallela, cameram habet cum mortariis communem, animam his longiorem, tormentis breviorem.

§. 44. Piloclastrum *Pétard* machina bellica est, e qua vi pulveris pyrii,

por-

C* Ab Anglis vel Hollandis inventa.

portæ, muri, catenæ, clatri, etc. per rumpuntur, materia tormenti hujus insititii vel metallum est, vel si opus sit, ferrum, plumbum, stannum, sed hujus materiae piloclastra, quia facile rumpuntur, effectum non præstant, figuræ variæ esse potest, coni figura, quam exhibit Fig. 7. ceteris antefertur, ansæ quatuor, quibus instructa est, eo serviunt, ut asseri densiori affigatur, qui unco instructus, quo portæ, vel loco perrumpendo affigatur.

C A P U T IV.

*De usu & directione machinarum
bellicarum.*

§. 45.

Usus & directio machinarum bellicarum ab arte balistica habetur, est vero ars balistica inventum illud mi-

litare, quo ope mortariorum, & tormentorum globi variii generis projiciuntur; jactus vero alias est horizontalis, *la portée de but en blanc*, arcuatus alias, *le tire à toute volée*, alias per epostracismum à *ricochet*, obliquus denique alias *par bricole*.

§. 46. Jactus horizontalis est, qui a tormento fit, cuius axis est horizonti parallelus, arcuatus a machinis, quarum axis ad horizontem est inclinatus; jactus per epostracismum est, quo tormentum sub angulo exiguo inclinatum exiguaque fartura, globum in terram conjicit crebro subsultantem instar lapidis per summam aquam projecti, & sèpius subsflientis (*). Obliqui jactus fiunt a tormento sub directione 20 gradium, aut nonnihil minore inclinato ad faciem operis impetendam, globus hac directione ejectus superficiem operis

le-

(*) Jactus hic a Vaubano inventus est primum adhibitus anno 1697 in obsidione Athii.

leviter perstringens, reflectitur in vicina opera alia, eaque infestat.

§. 47. Ballisticæ inventor est Galilæus de Galilæis Italus; theoria ballisticæ fundatur unice in legibus motus accelerati corporis cadentis, una cum legibus motus uniformis. Nam cum machina directionem sub angulo quopiam cum horizonte accipiat, globus ejectus lineaæ prolongationem sequens, ab hac deflectit ob suam gravitatem, quæ illum versus centrum continuo trahit, atque idcirco lineam curvam describit, quæ a Geometris pro parabola habetur, ut fuse demonstratur in physica. Et si vero curva illa ob medium resistens non nisi ad sensum sit parabolica (*); in praxi tamen, quoniam in hac hypothefi operationes a pyrotechnis instituuntur, pro parabola assumitur.

D 5 §. 48.

(*) Aeris vero resistantiam eo fortiorem esse, quo major est velocitas globi excurrentis commonistratur ex Daniele Bernoulli Tom. 2 Comment. Acad. Petrop. is ubertim demonstrat, globum tormentarium ad 7819 pedes

Fig. 8

§. 48 Sit igitur AB Fig. 8 linea curva, quam globus e tormento emis-sus describit, erit AC directio ma-chinæ efficiens cum horizonte angu-lum CAB, recta AB semitam cor-poris projecti subtendens dicitur *ampli-tudo jactus*, seu distantia, ad quam cor-pus

pedes altitudinis propulsum, in vacuo ad 58750 pe-des ascensurum. Robins *Neue Grundsäge der Artillerie*, Cap. 2 prop. 2 cautissimis experimentis comperit resistentiam aeris, quam excipit globus tor-mentarius $\frac{1}{4}$ pollicum in diametro, propulsus veloci-tate 1670 pedum, intra minutum secundum resis-tentiam inquam illam aeris aqualem esse ponderi 10 lib. Item globum ferreum 24 librarum fartura 16 li-brarum ejectum ex machina, obtinere velocitatem 1650 pedum intra minutum secundum; jam cum su-perficies globi 24 lib. sit quinquages quater major superficie prioris globi $\frac{1}{4}$ pollicis in diametro, & ve-locitatem tamen prope eandem uterque obtineat; conficitur resistentiam aeris adversus globum 24 lib. esse 540 lib. validorem, seu 25 es fere majorem pon-dere ipsius globi 24 lib. Inde est, quod globi e tormento projecti semita absit a parabola; nam ut a corpore projectili parabola describatur, deberet axis linea curvæ insistere perpendiculariter horizonti ita, ut eadem sit distantia initii hujus lineaæ a vertice, quæ est a fine ejusdem lineaæ, & angulus, quem glo-bus e tormento exiens efficit cum piano horizontali, deberet esse idem cum angulo, quem idem globus cadendo cum eodem piano efficit, quod ob tantam aeris resistentiam est impossibile.

pus projectum pertingit; hæc jactus ampliudo major minorve erit pro ratione majoris vel minoris farturæ, elevationis tormenti, quin & ex eodem tormento, sub eadem fartura, eodemque elevationis angulo variat jactus amplitudo, matutino enim & vespertino tempore major erit, quam meridiano, hyberno item tempore major atque æstivo &c. uti experimenta instituta docuerunt, pro varia videlicet probitate pulveris, diversa atmosphæræ raritate, densitate, ac elasticitate, quin & posita eadem prorsus ratione atmosphæræ, jactus tamen se subsequentes non solum in longitudine, sed in laterali quoque declinatione discrepabunt, ita plane, ut ille pyrotechna utcunque peritus dici debeat, cuius jactus intra 10 orgyas quadratas ab objecto feriat; nam præter resistentiam aeris observanda est etiam frictio globi adversus latera tormenti, ex qua is rotationem quampliam per suum centrum circa axem

ac.

accipit, ob quam varias directiones obtinere potest; inde est, quod jactus ex fulcatis seu striatis tubis multo certius deferatur.

§. 49. In projectione bombarum observanda sunt diligenter, quantitas pulveris seu fartura, distantia seu amplitudo jactus, angulus elevationis, ipse denique scopi feriendi situs, vel supra horizontem eminens, vel infra eumdem depresso; fartura seu quantitas pulveris ad projiciendum globum, non nisi experientia definitur; nam assumta fartura determinata, & elevatione sub angulo 45 graduum, fiet jactus probatorius, tum querenda per trigonometriam, aut alia ratione distantia ad quam bomba delata est, si haec major fuerit, aut æqualis distantiae propositæ, quantitas pulveris sufficiens habebitur, si minor fuerit distantia e jactu probatorio, augenda est fartura dum justa quantitas innotescat.

§. 50. Amplitudines jactuum sub diversa elevatione, sunt ut sinus angulorum elevationis duplorum (*); amplitudo vero maxima habetur, si tormentum 45 gradibus attollatur (**); eritque illa 1800, 2000 hexapedarum sumnum, & si corpus projectum sit,

ea-

(*) Sit enim amplitudo una AC, Fig. 9 hujus amplitudinis pars quarta n m, altera amplitudo AX, sitque LT pars quarta de Ax, cum integra sint partibus quartis proportionalia, erit $AC : AX = n : m$; LT, sed n m, LT sunt sinus angulorum elevationis duplorum, nempe RAC & EAX, nam MCA est duplus de RAC, quia angulus MCA habet pro mensura totum arcum MA, angulus RAC vero dimidium MA, est enim hic ortus ex chorda MA & tangentē semicirculi A c, ergo erit $AC : AX = m : n$; LT, hoc est, amplitudines jactuum sunt ut sinus angulorum elevationis duplorum.

(**) Cum enim amplitudines sint = quadruplo sinus dupli anguli elevationis ex demonst. in fēt. conicis, & sinus dupli anguli elevationis 45 graduum, seu sinus de 90 sit sinus totus, erit hic sinus omnium maximus, ergo quadruplum illius amplitudo maxima, nam amplitudo correspondens angulo elevationi BT 45 graduum Fig. 10 est = 4 E h, & Fig. 10 amplitudines correspondentes angulo MBT supra 45 gradus & angulo FBT infra 45 est = 4 L m vel 4 AF; sed E h est sensibiliter major, quam reliqua ordinata L M vel AF; ergo 4 E h erunt > quam 4 L m vel AF; præterea evidens est amplitudinem maximam nempe 4 E h esse duplam lineæ altitudinis HB, qua est = 2 E h.

eadem vi sub eodem angulo elevationis æquidistante a 45 gradibus, erunt amplitudines semper æquales, proinde si angulus elevationis fuerit 30 graduum vel 60, æqualis habebitur amplitudo, est enim ille 15 gradibus minor, hic totidem major elevatione 45 graduum (*). Jactu tamen sub angulo 45 graduum utendum, quoties ædificia di-ruenda, quod ejecta sub hoc angulo pondera majori impetu decidant, quam quæ sub minore fuerit, sub quo cohortes hostium impetendæ sunt, ne bom-βæ impetu majore in terram depresso minore cum hostium strage rumpantur.

§. 51. Amplitudines igitur jactuum supposito vel dato angulo elevationis invenientur sequenti ratione: fiat jactus pro-

(*) Nam si anguli a semirecto æquidistant, tunc simul sumti faciunt unum rectum, adeoque eorum dupli simul sumti faciunt duos rectos, & sunt deinceps positi, sed anguli deinceps positi ex Trigonometria ha-
bent eundem sinus, & amplitudines sunt ut sinus
angulorum duplorum, ergo si anguli projectionis a se-
mirecto æquidistant, amplitudines sunt ut iidem sinus,
adeoque æquales.

probatorius sub quocunque angulo cognito, tum mensuranda est exactissime amplitudo hujus jactus, ex his reperiatur amplitudo cujuscunque jactus ex eodem tormento ejusdem globi, sub eadem fartura. Sit enim angulus elevationis = a , amplitudo jactus probatorii = p , angulus elevationis, sub quo jactus faciendus, cuius amplitudo quæritur, = b ; inferendum est: sinus dupli anguli a jactus probatorii, ad finum dupli anguli elevationis, exempli causa 30 graduum, sicut amplitudo p : x ; quartus terminus erit amplitudo quæfita.

Cum igitur amplitudines ex §.pho 49 sint ut sinus angulorum elevationis duplorum, & jactus probatorii sub angulo 45 graduum amplitudo excurrat ad 6000 passus, quorum logarithmus est = 3.7781512: erit angulus 45 graduum duplicatus = 90°, proinde sinus totus = 100000000, angulus elevationis 30 graduum duplicatus = 60°;

cu-

cujus finus = 9. 9375306: erit igitur
 $100000000 : 9.9375306 = 3.$
 $7781512 : x$, proinde 9.9375306
 $+ 3 \cdot 7781512 = 13 \cdot 7156818$,
 igitur $13 \cdot 7156818 - 100000000$
 $= 37156818$. Qui logarithmus in
 tabulis proxime accedit ad 5196, id
 est, elevatio tormenti sub angulo 30
 graduum projicit globum ad distantiam
 5196 passuum.

§. 52. Pro diversa fartura, seu di-
 versi vi projectili rursum sub nova far-
 tura instituatur jactus probatorius sub
 angulo elevationis eodem, seu 45 gra-
 dum sub quo prior factus est, ejus-
 que amplitudo diligenter mensuretur,
 & ad evitandum calculum finium proli-
 xiorem inferatur:

Amplitudo jactus probatorii superius
 inventa ad amplitudinem jactus pro-
 batorii nunc mensuratam, sicut am-
 plitudo jactus sub angulo quolibet,
 exempli causa 30 graduum, ad am-
 plitudinem quæfitam sub eodem an-
 gulo.

Hac

Hac proportione pro quovis angulo elevationis instaurata invenientur correspondentes amplitudines sub nova fartura, quæ ordine in tabulas digerantur; construentur hac ratione tabulæ amplitudinum, quas globus data vi projectili quacunque, sub quovis angulo elevationis habere potest (*).

§. 53. Si quærendus sit angulus elevationis pro amplitudine jactus determinata, inferendum est: amplitudo jactus probatorii ad amplitudinem datam, ut sinus dupli anguli quæsiti, cuius dimidium erit angulus elevationis quæsitus. Sit in exemplo amplitudo jactus data = 1500 passus, amplitudo

E ja-

(*) Dicantur amplitudines probatoriae sub eodem angulo captae = A & a,

Amplitudo inventa sub angulo 30° = b,

Amplitudo quæsita sub eodem angulo = x,

Erit $A : b = \sinus \text{anguli dupli elevationis ad finum dupli anguli elevationis}$; item $a : x = \sinus \text{dupli anguli elevati ad finum anguli elevationis}$: sed ex constructione anguli elevationis erant æquales, adeoque ultimæ rationes æquales sunt; ergo etiam

$A : a = b : x$.

jactus probatorii = 6000 : erit logarithmus 1500 passuum 3.1760913, logarithmus 6000 passuum 3.7781512, anguli vero probatorii duplicati sinus 100000000 : igitur inferes

$$3 \cdot 7781512 : 100000000$$

$$= 3 \cdot 1760913 : x,$$

$$\text{proinde } 100000000 + 3 \cdot 1760913$$

$$= 13 \cdot 1760913, \text{ adeoque}$$

$$13 \cdot 1760913 - 3 \cdot 7781512$$

= 9. 3979401, qui est logarithmus sinus anguli 14 graduum, ad quem elevandum est tormentum pro amplitudine data.

§. 54. Ut minus molesta accidat investigatio sinuum angulorum elevations duplorum, tabellam subnectimus continentem angulos æquidistantes a 45 gradibus pro iisdem amplitudinibus; iidem hic sunt sinus, qui in tabulis tribus duntaxat postremis notis ad dextram resectis; in operatione proinde totidem notæ ex logarithmis amplitudinum refecandæ.

An-

DE USU MACHINARUM.

67

Anguli ele- vationis fu- pra & infra 45°	Sinus angu- lorum dupl.	Anguli ele- vationis fu- pra & infra 45°	Sinus angu- lorum dupl.	Anguli ele- vationis fu- pra & infra 45°	Sinus angu- lorum dupl.
90..	0..	0.00	74..	16..	5299
89..	1..	349	73..	17..	5592
88..	2..	698	72..	18..	5870
87..	3..	1045	71..	19..	6157
86..	4..	1392	70..	20..	6428
85..	5..	1736	69..	21..	6691
84..	6..	2709	68..	22..	6947
83..	7..	2419	67..	23..	7193
82..	8..	2556	66..	24..	7431
81..	9..	309	65..	25..	7650
80..	10..	3420	64..	26..	7880
79..	11..	3746	63..	27..	8090
78..	12..	4067	62..	28..	8290
77..	13..	4384	61..	29..	8480
76..	14..	4695	60..	30..	8660
75..	15..	5000	59..	31..	8829

Pro usu hujus tabulæ sit sub quacunque farturæ, exempli causa 3 lib. jacienda bomba ad distantiam 450 hexapedarum, fit præterea angulus elevationis in jactu probatorio 15 graduum, sub quo bomba deferatur ad distantiam 350 hexaped. quæratur in tabula sinus correspondens 15 gradibus, erit is 5000, siat sequens analogia:

sicut 350 : 450 ita 5000 : x

Quartus terminus dabit 6428, quæ-

E 2

ra.

ratur hic numerus in columna finuum, aut si hic non habeatur proxime accedens, reperies in columna angulorum 70° & 20° graduum, videlicet angulos elevationis binos pro amplitudine 45° hexapedarum. Quia tamen dari potest distantia major, & præterea numerus major pro finu dupli anguli elevationis haberi potest, quam sit expressus in columna finuum; quæretur sinus juxta dicta §. 53, cui respondentes anguli in tabula servient proposito problemati; inferes enim

ficut 5000 : finum totum, ita
distantia 45° ad x

Reperies quartum terminum 700 hexaped. hac distantia majori inventa secunda analogia facienda est:

Ut distantia major 700 hexap. ad
datam 45° hexap. ita sinus totus
 10000 ad finum quæsitus videli-
cet 6428 , qui terminus idem est
cum prius invento.

Si elevatio tormenti major fit 45 gra-
di-

dibus, loco finus anguli dupli assumuntur duplus complementi. In exemplo sit elevatio tormenti 50° , complementum hujus anguli erit 40 gradus, finus dupli anguli est 9841 ; erit hic secundus terminus proportionis.

§. 55. Si globus horizontaliter projiciendus sit ex suggestu altiori loco posito; altitudine suggestus supra horizontem nota, reperietur amplitudo jactus horizontalis; quærendo medium geometrica proportionalem inter dimidium amplitudinis maximæ cognitæ, & altitudinem suggestus. Exempli causa sit amplitudo maxima probatoria 600 hexapedarum, erit diamedia 300 , altitudo suggestus supra horizontem sit 30° ; erit $300 \times 30 = 9000$: ex hoc facto extracta radix, eaque duplicata, dabit amplitudinem jactus horizontalis (*)

E 3

§. 56.

(*) Sic enim dimidium amplitudinis maximæ $= m$,
Altitudo suggestus $= h$,
Media proportionalis quæsita $= x$,

Fig. II.

§. 56. Sit bomba arcuatim projicienda e suggestu altiore vel depresso objecto feriendo Fig. II; sit MQ amplitudo horizontalis cognita, angulus elevationis sit GMQ , vis quælibet; quæritur in quo puncto parabola MTQ occurret piano inclinato MR , seu supra horizontem MQ , seu infra eumdem sit planum MR ; aut, quod idem est, determinare distantiam MT data amplitudine MQ & angulo GMQ .

Pro resolutione finge ex puncto T perpendicularum TS , & per punctum Q perpendicularum GQ , ex puncto R ubi planum inclinatum occurrit perpendiculari GQ , ducatur linea RS , hæc constructio dabit RS parallelam MG ; angulus RMQ , quem cum horizonte MQ constituit planum inclinatum MR , innotescet, si instrumento aliquo men-

su-

$$\begin{aligned} \text{Erit } M : x = x : h, \text{ multiplicando media \& extrema erit } x^2 = hm, \text{ \&} \\ x = \sqrt{hm}; \text{ ergo} \\ 2x = 2\sqrt{hm}. \end{aligned}$$

suretur. His peractis in triangulo rectangulo $M Q G$ notus est angulus elevationis $G M Q$, consequenter etiam complementum ad angulum rectum, angulus videlicet $M G R$; nota est etiam amplitudo $M Q$; reperietur igitur $G Q$ inferendo: sinus anguli G ad sinum anguli M , sicut amplitudo $M Q$ ad $G Q$; lineam vero $R Q$ in triangulo rectangulo $M Q R$ reperies inferendo: sinus anguli $M R Q$ ad sinum anguli $Q M R$, sicut amplitudo $M Q$ ad $R Q$; quoniam vero $R S$ est parallela ad $M G$, dabunt triangula similia $G Q M$ & $R Q S$ illationem $G Q : R Q = M Q : S Q$; his cognitis innotescet etiam linea $M S$; igitur ad inveniendum valorem $M T$ in triangulo rectangulo $M S T$, inferes: sinus anguli $M T S$ ad sinum $M S T$, seu ad sinum totum, sicut linea $M S : M T$. Eadem operatio est, si obiectum feriendum sit infra horizontem.

§. 57. Sit jam invenienda elevatio mortarii, sub qua bomba projecta at-

Tab. 3

Fig. 1

tingat punctum exempli causa D Tab. 3. Fig. 1 plani BD vel supra vel infra horizontem positi: supponitur globus impulsus vi, quam acquireret cadendo ex H in B, datur quoque amplitudo jactus maxima super planum horizontale BU, cognitus fit etiam angulus DBV, quem efficit planum BD cum horizonte BV, & reperta per trigonometriam, aut aliter longitudine BD, construetur in charta triangulum rectangulum BAD, ex cognitis dimensionibus; habebitur elevatio puncti D supra vel infra horizontem positi, unaque distantia horizontalis BA eidem correspondens.

His positis, quia linea altitudinis HB est semper æqualis dimidiæ amplitudini maximæ super plano horizontali; (*) Tab. 3 Fig. 3 fiat HB Tab. 3 Fig. 3 æquale dimidiæ

Fig. 2

(*) Nam BH Fig. 2 est dimidium amplitudinis maximæ, quia linea BH est = 2 E h; est enim diameter, e h radius: ergo est dimidium de 4 E h, sed 4 E h est amplitudo maxima ut porro patet ex §. 50 in nota; ergo.

diæ amplitudini maximæ cognitæ , ex puncto H erigatur perpendicularum indefinitum H O , quæ erit directrix communis omnium parabolarum descriptarum a globo impulso vi acquisita caddendo ex H in B ; prolongetur A D dum pertingat in S puncto aliquo directricis , quia punctum B debet esse in parabola , quam quærimus ; punctum hoc æque distabit a directrice , & a foco parabolæ : si ergo ex puncto B radio B H describatur arcus indefinitus H F f , erit focus parabolæ in aliquo ex his punctis H F f , item punctum D etiam erit in parabola , & quidem æque distans a directrice , atque a foco ejusdem parabolæ : focus ergo erit in aliquo ex his punctis arcus S F f descripsi ex puncto D radio D S ; consequenter foci invenientur in arcibus H F f , S F f : quod fieri non potest , nisi ubi hi arcus se secant in F & f ; foci ergo parabolarum erunt in F & f . Pro habenda amplitudine , demittantur ex fo-

cis F & f perpendicula ad horizontem F G & f g , quæ prolongentur usque ad puncta directricis T & t ; fiat subinde G K = B G & g u = B g : erit B K amplitudo jactus , qui pro foco habet punctum F , B U erit amplitudo , cuius focus est f .

Jam cum vertex parabolæ fecet semper in duas partes æquales distantiam foci a directrice , dividatur linea F T , f t in duas partes æquales in punctis C & c , erunt hic vertices parabolarum B C K & B D U . Denique si super prolongatis lineis G C & g c versus T & t accipientur particulæ C L & c l æquales abscissis ipsarum , nempe C G & c g , & ducantur lineæ ex punto B ad extremitates L & l , habebuntur tangentes harum parabolarum , videlicet B b & B d , quæ tangentes secant arcum H F f in punctis b & d , & determinant elevationes , quæ tribui debent mortario ad hoc , ut bomba transeat per punctum D propositum , si
nem-

nempe circino intercipiatur arcus b g & d g; sunt enim arcus mensuræ angularorum (*).

§. 58. Traditis jam modis reperiendi amplitudines & angulos elevationis, investigandum jam, qua ratione tormentum

(*) Supposita igitur parabola B C K, cuius axis C G additus quartæ parti sue parametri est = linea altitudinis H B, atque idcirco $4 \cdot TC$ vel $4 \cdot CF \times CG = BG^2$ seu quadrato semiordinatae; demonstrandum est, punctum D esse in parabola B C K; ad hoc demittatur perpendicularis DM ad axim C G, erit $DM^2 = CM \times 4 \cdot CF$, nam $DF = DS$ ex constructione, item $TM = 2 \cdot CF + FM$, adeoque $DF^2 = 4 \cdot CF^2 + 4 \cdot CF \times FM + FM^2$; sed propter triangulum rectangulum F M D est $F \cdot D^2 = DM^2 + FM^2$: ergo $DM^2 + FM^2 = CF^2 + 4 \cdot CF \times FM + FM^2$, vel $DM^2 = 4 \cdot CF^2 + 4 \cdot CF \times FM = CF + FM \times 4 \cdot CF = CM \times 4 \cdot CF$, adeoque quadratum $DM^2 = abscissa CM \times parametrum 4 \cdot CF$; jam in punto M supponatur semiordinata Y ad axem C G parabolæ B C K: habebitur $Y^2 = CM \times 4 \cdot CF$; ergo $DM^2 = Y^2$ vel $DM = Y$, quo ostenditur esse DM ordinatam respondentem puncto M abscissæ CM, consequenter punctum D est in parabola B K C. Eodem modo ostenditur de jactu B C U. & eodem modo discurrendum, si objectum ferendum sit infra horizontem.

Nec opus est ad inveniendam tangentem, quæ indicat elevationem mortarii, construere parabolam; satis erit invento foco, determinare verticem axium ope directricis, quia tum cum semiordinatis ductis ex puncto B habebitur subtangens, consequenter tangens quæsitæ.

tum aut mortarium dirigi possit, ut axis ejus cum horizonte efficiat angulum datum; in quem finem semicirculus paratur in gradus & minuta exacte divisus

Fig. 4

Fig. 4, semicirculus hic applicatur alicui regulæ, ita ut radius G C cum regula efficiat angulum rectum, ex centro dependet ope fili sericei globus v. g. plumbeus; regula inditur animæ tormenti, ipsumque tormentum subjectis ad dorsum cuneis vel varia arte mechanica attollatur, aut deprimatur, dum arcus a radio G C & perpendiculari comprehensus, habeat præcise tot gradus, quot habet angulus datus, erit tum tormentum directum ut petebatur (*).

§. 59. Pro dirigendo mortario paretur quadrans exacte divisus in gradus & minuta, atque perpendiculariter ap tetur

(*) Angulus enim quadrantis est rectus ex constructione, & angulus ad B est rectus ex proprietate corporum gravium, ergo etiam anguli B C R & B R C simul faciunt unum rectum, ergo B C R + B R C = G C R afferendo equalibus eundem B C R remanet G C B = B R C, sed ex constructione angulus G C B habet petitum numerum graduum, ergo

tetur alicui regulæ, quæ longior sit cu-
jusvis mortarii calibra; ex centro qua-
drantis dependeat pondusculum libere
mobile; regula applicetur orificio mor-
tarii, ipsumque mortarium attollatur
vel deprimatur, dum perpendicularum
cum radio quadrantis extimo faciat an-
gulum DBF Fig. 5 æqualem dato (*). Fig. 5

§. 60. Pro jactu horizontali tor-
menta ad scopum diriguntur ope cuneo-
rum fundo subiectorum Fig. 6, & spe- Fig. 6
cularis pinnulæ fronteau de mire Fig. 7 Fig. 7
parti orificiali impositæ; cum enim me-
talli densitas ex §. 26. in parte fundi

ma-

(*) Nam axis mortarii est perpendicularis ad dia-
metrum sui orificii, radius BA ex constructione per-
pendicularis ad regulam, ergo HG & AB sunt per-
pendicularares ad AC, adeoque parallelae inter se; er-
go anguli CBA, & CGI sunt æquaes: ergo etiam
eorum complementa ad rectum sunt æqualia, adeoque
 $D B F = G H F$, sed $D B F$, ex constructio-
ne est angulus datus; ergo etiam. Rarior tamen
hodie est usus directionis ad certum graduum num-
erum, nec jactus arcuatus sub angulo 45° admodum
exakte obtinet, cum in hostes longius diffitos globi
projiciuntur; nec nisi nullo subiecto cuneo, tormen-
to videlicet super fulcro suo quiescente, elevatio cir-
citer 45 graduum tormento tribuitur.

major sit, quam in parte orificiali; linea directionis non foret parallelā superiori parti tormenti, atque idcirco globus ejectus supra scopum attolletur: quoniam vero acies pinnulæ ab axe tormenti tantumdem distat, quantum extrema pars fundi ab eodem axe; reddetur hac ratione directio tormenti axi parallela. Sed & eadem metalli densitas efficiet, ut globus infra scopum dimidia fundi diametro deprimitur, nisi tormenti directio tantumdem altior existat.

C A P U T V.

De suggestibus.

§. 61.

Tormenta & mortaria obsidionibus adhiberi solita suggestibus innuntuntur; sunt vero suggestus loca aggere circumducta & incisuris instructa, unde in

in hostem vel hostilem munitionem tela ejiciuntur Fig. 8 ; in præliis vero tormenta ad hostem impetendum nullis suggestibus imponuntur, quod, cum celeriter hinc atque illinc , ubi videlicet res exigit , devehenda sunt , tempus aggerem excitandi haud suppetat. Suggestus varia nomina sortiuntur pro ratione situs supra vel infra horizontem, directionis parallelæ ad frontem vel obliquæ , vel denique a latere aut tergo dispositi suggestus , iisque dicuntur *batteries enterrées, directes, d'enfilade, de revers, croisées, d'écharpe ou de bricole, a redans.*

§. 62. Suggestus longitudo pendet a numero tormentorum illic collocandorum, cum enim tormentum a tormento tribus hexapedis removeri soleat , numerus tormentorum multiplicatus per 3. dabit longitudinem suggestus. Frons suggestus parallela operi quatiendo agenda est , ut validioribus nempe ictibus illud impetratur , suggestus lorica septem pedes cum dimidio
alta

alta munitur, e terra aggesta, vel longis fascibus virgultorum, quæ ad altitudinem 3 pedum perducta incisuris instruitur; hæ ita aptandæ sunt, ut tormenta se invicem juvent, ad hostem efficacius arcendum, ii vero, qui machinarum administrationi destinantur, minime hostium telis exponantur; idcirco exterior incisuræ apertura A B Fig. 9. 9 pedibus, interior vero C D tribus duntaxat hiat, quo videlicet omnis late campus d d tormentorum ictibus pateat, hostilibus vero telis non nisi exigua area b b exponatur.

§. 63. Stratum cui tormenta insinuantur, pro soli conditione & finis ratione, aliquot pedibus supra horizontem attollitur, versus loricam nonnihil acclive, illudque ex terra probe compacta ob retrocessionem tormentorum a vi pulveris pyrii in parte fundi agente, efficiendam (*) ligneo etiam strato fugientibus

(*) Nam vis pulveris partem fundi in tormento tantumdem impellit, quantum globus propellitur, ita

gestus teguntur, quo facilior sit tormenti directio.

§. 64. Mortariorum suggestus haud multum a tormentorum suggestibus nunc descriptis differunt; lorica incisuris caret, forma stratorum a a Fig. 8 est Fig. 8: diversa, nec loricæ ut in illis proxima sunt, sed nonnihil remota, neque versus loricam acclivia; suggestibus tormentorum æque ac mortariorum fossa, &

F margo

plane, ut si tormenti pondus foret æquale ponderi ipsius globi, eadem celeritate tormentum retrocederet, qua globus ex tormento ejicitur; quo majus igitur est tormenti pondus, eo minor est ejusdem retrocessio, & motus, motu globi; erit idcirco spatium a tormento retrocedente percursum ad longitudinem tormenti, minus spatio intra animam tormenti post globum comprehenso, sicut pondus globi ad pondus tormenti; sit itaque longitudine tormenti ejaculantis globum 24 lib., 10 pedum erit pondus, tormenti circiter 64 centeniorum seu 6400 lib., retrocedet tormentum ejusmodi per spatium $\frac{24}{6400}$ de 10 pedibus, id est, $\frac{3}{80}$ unius pedis, seu non omnino dimidio digito; proinde jactus, secus ob emotionem terræ incertus, sat certus erit, si in strato, cui tormentum insit, dimidii digiti spatium e terra probe compacta percurrere possit, et si reliquum non admodum firmum sit, ut Cl. Robins fuse ostendit; quæ res non exiguae feret utilitatis, quod & labore, & sumtibus in excrandis suggestibus non mediocriter parcatur.

margo præstruitur, fossa ad latera fugestus paullo minor deducitur, quæ aliis fossis jungitur, per quas milites permeare, & machinæ devehî possint.

Tormentorum strata excipiunt minora quædam pulveris pyrii receptacula, alterum item majus repositorium longius distans, quæ omnia ut provide adversus ignium periculâ custodiantur, cratibus obtegi debent.

§. 65. Præsente hoste, ut incisuræ cum debitiss dimensionibus parentur, arte utendum est, nempe terra ad incisuræ initium submota ad duorum pedum latitudinem & profunditatem circiter in a & a Fig. 9, infigantur illic bacilli, tum hexapeda d.e perpendiculariter applicata ad C D ex puncto e utrinque horizontales e f & e g ducantur ad angulum rectum, singulæ duorum pedum, & duorum digitorum, denique juxta directiones rectarum a f, & a g fodiantur, erunt latera incisurarum debite determinata ex §. 62. uti patet ex similitudine triangulorum. Ca-

C A P U T VI.

De Cuniculis.

§. 66.

Cuniculus est cella subterranea dolis vel saccis pulvere pyrio farris repleta, ad molem aliquam sibi superincumbentem in auras ejiciendam. Cuniculos a Francisco Georgio Italo inventos ferunt, qui author extitit Petro de Navarra Hispani exercitus Duci, ut arcem Neapolitanam, cui ab ovo nomen obtigit, quamque tum obsidebat, hac ratione expugnaret; & vero id praestitit Georgius, seu arte, seu casu fortuito, pulvere pyrio, ea ratione arci subjecto, ut partem ejusdem, praefidique una in auras ejiceret; alii perperam seu Hispano Duci, seu Francisco Georgio inventum hoc tribui volunt, quod ex Guicciardini hist. lib. 16 eruatitur; cuniculos anno 1487 a Genuensibus in obsidione *Seresavellæ* tentatos fuisse.

F 2

§. 67.

§. 67. Spatium illud, in quo pulvis pyrius, molem subversurus collocatur, *camera* dicitur, ad quam per ambulacrum subterraneum aditus patet, a camera ad ambulacri exitum tubus coriaceus pulvere pyrio fartus deducitur, canali ligneo, ne humorem e terra contrahat impositus, tubus hic accensusflammam cameræ communicat, unde in auras moles incumbens ejicitur.

Fig. 2 Tab. 4
§. 68. Altitudo molis evertendæ, seu linea perpendicularis a *camera* cuniculi A Fig. 2 Tab. 4 ad planum seu superficiem terræ B ducta *linea minimæ resistentiae* dicitur, propterea quod pulvis succensus vim suam ea parte exercitat, qua minimam reperit resistentiam; idcirco linea hæc non versus latera CD sed superficiem plani ejiciendi, seu planum isthoc sit horizontale ut Fig. 3, seu verticale ut Fig. 2, seu acclive ut Fig. 4 dirigenda est.

§. 69. Pro camerarum numero dividuntur cuniculi in simplices, *mines simples*

*ples, duplices mines doubles, triplices mines triples ou treflées; simplicis exemplum Fig. 5 exhibet, triplicis Fig. 6 in his obser- Fig. 5 va Fig. 5 A cameram cuniculi, B para-
ftata, in cuius longitudine camera cu-
niculi paratur, C densitas muri, quo
vallum veftitur, & in quo ambulacrum
subterraneum struitur, trabibus, & cra-
fioribus tabulis terra coniectis fultum,
ne a pulveris inflammati vi patiatur vi-
tium; D E F angulus, quem ambula-
crum efficit, ne cuniculus versus idem
agat; K tubus coriaceus canali ligneo
inclusus.*

§. 70. Sunt & cuniculi, qui hosti-
um cuniculis oppōnuntur *contre-mines*, am-
bulacula videlicet quædam subterranea
parâllela faciebus & alis propugnaculo-
rum exstructa, quin & in faciebus ope-
rum extenororum, ipsaque via cooperta,
unde in campum varia brachia *rameaux*
deducuntur, ad impediendos hostium
conatus, cuniculos eorundem everten-
dos, eosdem longius arcendos, moran-

dosque, atque opera exstructa ac fug-
gestus demoliendos. Minores cunicu-
li tempore obsidionis fieri soliti versus
campum, non nisi 6, 8 vel 9 pedes
terræ immersi sunt, cameræ horum *fou-
gasses* dicuntur.

§. 71. Cavitati post molem a cuni-
culo ejectam, alii coni truncati figuram
A O Z D Tab. 4 Fig. 7 tribuerunt, cu-
jus diameter **D Z** basis minoris fit $\frac{1}{2}$ ba-
sis majoris **A O**; alii maluerunt cavi-
tatem hanc dicere simplicis coni rectan-
guli figuram exhibere **A F D** Fig. 8,
alii denique melius Duce *Vallierio*,
qui cavitates ejusmodi diligentie exami-
ne exploravit, conoidem esse statue-
runt Fig. 9 **A C D** in qua linea mini-
mæ resistentiae **R F** est $= \frac{1}{2}$ diametri **AC**
ut adeo moles a cuniculo ejecta haben-
da sit pro paraboloide (*).

Fig. 7

Fig. 8

Fig. 9

(*) Nam in cavitatibus **A D C** post molem a cunicu-
lo ejectam, observatum est, quod si in hypothesi pa-
raboloidis statuatur focus in **F** & fiat **D I = D F**, ob-
servatum, inquam, est, esse **F C = B I** adeoque rectas
ex foco ad latera cavitatis ductas æquari abscissa
plus quarta parte parametri, quæ est proprietas pa-
rabole.

Porro

§. 72. In determinanda quantitate pulveris ad molem ejiciendam necessaria, momenti plurimum est; nam experientia docuit, si justo plus pulveris adhibetur, molem non everti, sed perforari duntaxat, apertura amplitudinem cameræ non multum excedente; si justo minus, tremorem solummodo incuti, quin sequatur effectus intentus. Hæc vero farturæ determinandæ ratio ex molis ejiciendæ soliditate, & diversa gravitate specifica ejusdem petenda est. Quoniam vero sphero superiore moles a cuniculo ejecta paraboloides truncatum est A G H C, quod videlicet parabo-

F 4 loi-

Porro si in axe capiatur aliqua portio v. g. $D T > D F$ & inde subtrahatur $TS = DF$, esse $R F = TD = SD + DI = SI = RP$, adeoque rectas ex foco ad quodvis lateris punctum ductas æquari perpendicularis ex eodem punto ad directricem ductis, quæ pars sum est proprietas parabolæ. Itaque spatio a cuniculis excavato circumcirca proprietates parabolæ convenientiunt, ergo corpus, quod hoc spatium explevit, est solidum rotatione parabolæ genitum, ergo paraboloides. M. de Vallière in dissertatione de cuniculis annexa Tom. 3. Comment. in Polybius per Equitem Folard.

loides parvum **G D H** non sursum ejiciatur, sed a pulveris pyrii vi in omnem partem, proinde & deorsum agente excavatur, obtinebitur soliditas ac pondus paraboloidis truncati, si inventa soliditate paraboloidis integri, subtractatur soliditas minoris.

§. 73. Quoniam vero experimentis constat lineam minimæ resistentiae **B F** esse $= BC$, dato radio **BC**, adeoque diametro **A C**, ex Geometria investigetur area circuli **A L C A**, qui est basis paraboloidis, quæratur altitudo paraboloidis parvi a pulvere subtus excavandi, ut habeatur **B F + FD** seu **BD**; altitudo totius paraboloidis invenitur hacten ratione ex proprietatibus trianguli rectanguli **B F C**.

$$CF^2 = BF^2 + BC^2 = 2BF^2 \text{ vel } BC^2, \text{ ergo}$$

$CF = \sqrt{2} BC$; sed ex proprietate parabolæ est

$$FC = CM = BI, \text{ ergo}$$

$$BI = \sqrt{2} BC; \text{ sed}$$

FI

$$FI = BI - BF; \text{ ergo}$$

$FI = \sqrt{2} BC^2 - BF;$ ergo etiam
dimidia sunt

æqualia $\frac{FI}{2} = \frac{1}{2} \sqrt{2} BC^2 - \frac{BF}{2}$ id est ex
natura parabolæ

$$FD = \frac{1}{2} \sqrt{2} BC^2 - \frac{BF}{2}.$$

Hinc tota paraboloidis altitudo BF
+ FD seu BD cognita est.

Basis igitur paraboloidis ante inven-
ta multiplicetur per $\frac{1}{2}$ altitudinis nunc
inventæ , factum est soliditas parabo-
loidis totius in pedibus & digitis &c. cu-
bicis.

Quæratur pariter soliditas paraboloi-
dis parvi GDH , est vero diameter hu-
jus basis GH dupla ordinata transiens
per focum , hæc autem ex proprietati-
bus parabolæ æquatur parametro ; igi-
tur GH est = FD , adeoque nota
jam diametro GH quæratur juxta geo-
metriam area circuli , quæ multipli-
cata per $\frac{1}{2} FD$ dabit soliditatem para-
boloidis parvi in pedibus &c. cubicis ,
quam

quam si subtrahas a soliditate totius, remanebit paraboloides truncatum A G H C. Massæ hujus evertendæ gravitas specifica si aliunde non constet, pondus unius pedis cubici hujus massæ exporetur, tum inferatur:

Unus pes cubicus est ad omnes pedes cubicos paraboloidis truncati, ut pondus unius pedis cubici ad pondus paraboloidis truncati.

§. 74. Data igitur mole subvertenda, fartura necessaria determinabitur per regulam trium, nam experimentis a Clarissimo *Kaubano* compertum est, ad ejiciendam hexapedam unam cubicam terræ communis requiri 9 libras vel 10, terræ fabulosæ 11, muri ex terra prominentis 20 vel 25 lb. muri terræ immersi 35 vel 40, muri novi 18 vel 20, muri veteris 25 vel 30.

§. 75. Tabulam pro farturis cunicolorum, quorum linea minimæ resistentiae variæ est longitudinis ex *Vallierio* defumtam exhibemus pro solo videlicet communi.

Lon-

longitu- do linea ^e minimæ refistent.	Quantitas pulveris pro fartura	longitu- do linea ^e minimæ refistent.	Quantitas pulveris pro fartura
[librae uncia ^e]		[librae uncia ^e]	
1..	0.. 2	21..	868.. 3
2..	0.. 12	22..	998.. 4
3..	2.. 8	23..	1140.. 10
4..	6....	24..	1296....
5..	11.. 11	25..	1558.. 9
6..	20.. 4	26..	1647.. 12
7..	32.. 2	27..	1815.. 4
8..	48....	28..	2058....
9..	68.. 5	29..	2286.. 7
10..	93.. 12	30..	2530.. 4
11..	124.. 12	31..	2792.. 4
12..	162....	32..	3072....
13..	205.. 15	33..	3369.. 1
14..	257.. 4	34..	3680.. 12
15..	316.. 4	35..	4019.. 8
16..	324....	36..	4374....
17..	460.. 9	37..	4748.. 11
18..	546.. 12	38..	4144.. 4
19..	643....	39..	5561.. 2
20..	750....	40..	6000....

§. 76. Pro magnitudine cameræ invenienda, cum constet 8 lb pulveris pyrii pedem fere cubicum efficere, inferatur 8 lb ad unum pedum cubicum, sicut inventæ lb pulveris ad suos pedes

92 CAPUT VI. DE CUNICULIS.

des cubicos , ex invento quarto termino extracta radix cubica dabit latus cameræ cubicæ pro recipienda fartura necessariæ; ne vero periculum sit, ut pulvis pyrius in camera terræ humoribus vitietur , illa $\frac{1}{3}$ sui parte major fieri solet, & omnia intervalla inter pulverem & latera cameræ siccis stramentis expleri.



Tab. I




Fig. 2




Fig. 3




Fig. 4



Fig. 5



Fig. 6



Fig. 7




Fig. 8




Fig. 10




Fig. 11

D.

Fig. 12





Fig. 13









Fig. 9

Fig. 10

Fig. 11

Fig. 12

Fig. 13

Fig. 14

Fig. 15

Fig. 16

Fig. 17

Fig. 18

Fig. 19

Fig. 20

Fig. 21

Fig. 22

Fig. 23

Fig. 24

Fig. 25

Fig. 26

Fig. 27

Fig. 28

Fig. 29

Fig. 30

Fig. 31

Fig. 32

Fig. 33

Fig. 34

Fig. 35

Fig. 36

Fig. 37

Fig. 38

Fig. 39

Fig. 40

Fig. 41

Fig. 42

Fig. 43

Fig. 44

Fig. 45

Fig. 46

Fig. 47

Fig. 48

Fig. 49

Fig. 50

Fig. 51

Fig. 52

Fig. 53

Fig. 54

Fig. 55

Fig. 56

Fig. 57

Fig. 58

Fig. 59

Fig. 60

Fig. 61

Fig. 62

Fig. 63

Fig. 64

Fig. 65

Fig. 66

Fig. 67

Fig. 68

Fig. 69

Fig. 70

Fig. 71

Fig. 72

Fig. 73

Fig. 74

Fig. 75

Fig. 76

Fig. 77

Fig. 78

Fig. 79

Fig. 80

Fig. 81

Fig. 82

Fig. 83

Fig. 84

Fig. 85

Fig. 86

Fig. 87

Fig. 88

Fig. 89

Fig. 90

Fig. 91

Fig. 92

Fig. 93

Fig. 94

Fig. 95

Fig. 96

Fig. 97

Fig. 98

Fig. 99

Fig. 100

Fig. 101

Fig. 102

Fig. 103

Fig. 104

Fig. 105

Fig. 106

Fig. 107

Fig. 108

Fig. 109

Fig. 110

Fig. 111

Fig. 112

Fig. 113

Fig. 114

Fig. 115

Fig. 116

Fig. 117

Fig. 118

Fig. 119

Fig. 120

Fig. 121

Fig. 122

Fig. 123

Fig. 124

Fig. 125

Fig. 126

Fig. 127

Fig. 128

Fig. 129

Fig. 130

Fig. 131

Fig. 132

Fig. 133

Fig. 134

Fig. 135

Fig. 136

Fig. 137

Fig. 138

Fig. 139

Fig. 140

Fig. 141

Fig. 142

Fig. 143

Fig. 144

Fig. 145

Fig. 146

Fig. 147

Fig. 148

Fig. 149

Fig. 150

Fig. 151

Fig. 152

Fig. 153

Fig. 154

Fig. 155

Fig. 156

Fig. 157

Fig. 158

Fig. 159

Fig. 160

Fig. 161

Fig. 162

Fig. 163

Fig. 164

Fig. 165

Fig. 166

Fig. 167

Fig. 168

Fig. 169

Fig. 170

Fig. 171

Fig. 172

Fig. 173

Fig. 174

Fig. 175

Fig. 176

Fig. 177

Fig. 178

Fig. 179

Fig. 180

Fig. 181

Fig. 182

Fig. 183

Fig. 184

Fig. 185

Fig. 186

Fig. 187

Fig. 188

Fig. 189

Fig. 190

Fig. 191

Fig. 192

Fig. 193

Fig. 194

Fig. 195

Fig. 196

Fig. 197

Fig. 198

Fig. 199

Fig. 200

Fig. 201

Fig. 202

Fig. 203

Fig. 204

Fig. 205

Fig. 206

Fig. 207

Fig. 208

Fig. 209

Fig. 210

Fig. 211

Fig. 212

Fig. 213

Fig. 214

Fig. 215

Fig. 216

Fig. 217

Fig. 218

Fig. 219

Fig. 220

Fig. 221

Fig. 222

Fig. 223

Fig. 224

Fig. 225

Fig. 226

Fig. 227

Fig. 228

Fig. 229

Fig. 230

Fig. 231

Fig. 232

Fig. 233

Fig. 234

Fig. 235

Fig. 236

Fig. 237

Fig. 238

Fig. 239

Fig. 240

Fig. 241

Fig. 242

Fig. 243

Fig. 244

Fig. 245

Fig. 246

Fig. 247

Fig. 248

Fig. 249

Fig. 250

Fig. 251

Fig. 252

Fig. 253

Fig. 254

Fig. 255

Fig. 256

Fig. 257

Fig. 258

Fig. 259

Fig. 260

Fig. 261

Fig. 262

Fig. 263

Fig. 264

Fig. 265

Fig. 266

Fig. 267

Fig. 268

Fig. 269

Fig. 270

Fig. 271

Fig. 272

Fig. 273

Fig. 274

Fig. 275

Fig. 276

Fig. 277

Fig. 278

</div

Täb. III




Fig. 1.




Fig. 3.




Fig. 2.




Fig. 4.




Fig. 5.




Fig. 6.

Fig. 7.




Fig. 8.




Fig. 9.

